















# Beiträge

zur

Geschichte, Topographie und Statistik

des Erzbisthums

München und Freising.



Unter Beyhülfe mehrerer Mitarbeiter

herausgegeben

von

**Dr. Martin v. Deutinger,**

Dompropst in München.

Zweyter Band.

Mit einer Ansicht der Bühne zu den Passionsvorstellungen  
in Oberammergau.

---

**München, 1851.**

In Commission bey Joseph Lindauer.

(Druck von Fr. Ser. Hübschmann.)



## Inhalt des zweyten Bandes.

---

	Seite
<b>I. Päpstliche Urkunden zur Geschichte des Bisthums Freysing vom Jahre 1217—1463 (Nr. 1 bis 52), redigirt und mit Anmerkungen begleitet von dem Herausgeber . . . . .</b>	3 — 151
Anhang von Urkundenregesten zur Geschichte der bayerischen Herzoge und des Klosters St. Emmeram in Regensburg . . . . .	152 — 159
Weylagen (A — U) zur 47. Urkunde, die Vereinigung der Pfarrey Königsdorf mit dem Kloster Benedictbeuern betreffend . . . . .	160 — 283
Uebersicht des Inhalts dieser Urkunden und Weylagen	284 — 294
<b>II. Geschichte der Pfarrey Hegling, aus Urkunden bearbeitet von Dr. Theodor Wiedemann, Curatprieester bey St. Johann von Nepomuk in München . . . . .</b>	295 — 340
Zusätze des Herausgebers . . . . .	340 — 396
<b>III. Das Passionspiel in Oberammergau. Berichte und Urtheile über dasselbe, gesammelt von dem Herausgeber (mit einer lithographirten Ansicht der Bühne) . . . . .</b>	397 — 570
1. Musikkert zu dem Passionsspiele, sammt den früheren Texten von den Jahren 1800 und 1811 und dem Texte zur Kreuzschule v. J. 1825 . . . . .	401 — 456
2. Erster Bericht, von dem Pfarrer in Oberammergau, Jos. Moys Daisenberger . . . . .	457 — 482

	Seite
3. Zweyter Bericht, von dem Professor der Philosophie am Lyceum in Dillingen, Dr. Martin Deutingen . . . . .	483 — 535
4. Dritter Bericht, von dem kgl. Landrichter Joseph Gerstner . . . . .	536 — 545
5. Vierter Bericht, aus der allgemeinen Zeitung . . . . .	545 — 548
6. Fünfter Bericht, aus den neuesten Nachrichten . . . . .	548 — 550
7. Sechster Bericht, aus der bayerischen Landbötin . . . . .	550 — 553
8. Siebenter Bericht, von Dr. J. K. . . . .	554 — 570

(Fortsetzung und Schluß folgen im dritten Bande.)

I.

**Päpstliche Urkunden**

zur

**Geschichte des Bisthums Freysing,**

redigirt von

**Dr. M. v. Deutinger.**





## Päpstliche Urkunden zur Geschichte des Bisthums Freysing.

---

1. Der ehemalige freysingische Hofrath, Franz Hohenreicher, gibt in des Freyherrn von Hormayrs Taschenbuch für die vaterländische Geschichte [Jahrg. 1830, S. 140 — 143] über die Urkunden des Bisthums Freysing nachstehende Notiz:

„Das Archiv des ehemaligen Hochstifts Freysingen enthielt einen reichen Schatz von Urkunden. Die älteste noch vorhandene Original-Urkunde ist von dem Jahre 895; mehrere vorhergehende wurden unter dem zehnten Bischöfe Waldo um das Jahr 903 ein Raub der Flammen. Vorzügliche Aufmerksamkeit verdienen die sechs Traditions-Bücher, besonders der unter den Bischöfen Hatto und Erchambert von dem [um das Jahr 854 verstorbenen] freysingischen Mönche Cozroh geschriebene Liber traditionum antiquus, diese unschätzbare Fundgrube für die Periode der Agilolfinger, welcher seit Meichelbeck's Bearbeitung Liber traditionum primus genannt wird. — In dem Libro traditionum secundo, vorhin Libro commutationum, sind die erstern Blätter ebenfalls von Cozroh geschrieben, die weitere Fortsetzung aber ist durch verschiedene Hände des IX. und der folgenden Jahrhunderte besorgt worden. — Die unter dem Namen Liber tertius traditionum vorkommende Urkunden-Sammlung gehört dem XII., in den letztern Blättern dem XIII. Jahrhunderte an. — Von ausgezeichnetem Werthe ist der Liber traditionum quartus, wegen seiner Größe auch Liber traditionum magnus genannt, welchen Conradus Canonicus et Sacrista Frisingensis im Jahre 1187 zu schreiben angefangen hat. Hierin sind, neben den Urkunden, auch die Bischöfe von St. Corbinian an bis zum 24. (Otto Grafen von Bergen, gestorben 1220) eingereiht und überdieß ist dieser Codex mit

gleichzeitigen Bildnissen der Kaiser und Bischöfe geziert. — Der *Liber traditionum quintus*, früher *Liber traditionum parvus ruber* (das kleine rothe Büchel), aus dem XIII. Jahrhundert liefert mehrere, noch ganz unbekannte, wichtige Urkunden seiner und der frühern Zeit. — In dem *Libro traditionum sexto*, sonst *rubro*, welcher gegen Ende des XIV. Jahrhunderts geschrieben und in den folgenden Jahrhunderten fortgesetzt worden ist, kommen beynah durchgehends nur solche Urkunden vor, die man schon in den vorhergehenden findet.“

„Den größten Theil sowohl der Original = Urkunden als jener, welche in den Traditions = Büchern enthalten sind, hat der um Bayerns Geschichte hochverdiente Karl Meichelbeck in seiner *Historia Frisingensi* herausgegeben. Daß der Abdruck der Urkunden öfters fehlerhaft sey, daß es dem Herausgeber manchmal an gesunder Kritik gemangelt habe, kann nicht geläugnet werden; aber diese Gebrechen müssen der Zeit, in welcher, den Umständen, unter welchen er schrieb, und vorzüglich der kurzen Frist, die ihm hiezu offen stand, (zu den wichtigsten Vorarbeiten und den beyden Theilen des ersten Tomus nicht zwey volle Jahre!) angerechnet werden. Wenn dieses in billige Erwägung gezogen wird, werden die bis zur Ungerechtigkeit gesteigerten neueren Vorwürfe größtentheils hinwegfallen.“

„In dem Jahre 1783 faßte der drittlezte Fürst = Bischof Ludwig Joseph, aus der Familie der Freyherrn v. Welden, vorzüglich durch nachdrückliches Einwirken des großen Gelehrten, Joseph Maria Grafen von Sarampi, damaligen Bischofs von Monte Fiascone und päpstlichen Nuncius am Wienerhose, in der Folge Cardinals, bewogen, den rühmlichen Entschluß, eine neue, verbesserte, vermehrte und fortgesetzte Ausgabe der Meichelbeck'schen *Historia Frisingensis* anzuordnen. Die Vorarbeiten wurden mit angestrengtem Eifer begonnen und ein paar Jahre fortgesetzt, während welcher Zeit auf Verwendung des Monsignore Sarampi mehrere noch ungedruckte, das Hochstift Freysingen betreffende Urkunden aus den römischen Archiven mitgetheilt worden sind. Gewiß würde das Werk in einer, nicht für den Buchhandel, sondern nur zu Geschenken bestimmten Prachtausgabe zu Stande gekommen seyn, wenn nicht die Josephinischen Verordnungen, absonderlich jene, die Regulirung des Steuerwesens betreffend, beynah alle hochstiftlichen Einkünfte in den königlich = kaiserlichen Erblan-

den\*) erschöpft hätten, und der Fürst-Bischof seinem Hochstifte nicht durch einen frühzeitigen Tod († 15. März 1788) entrisfen worden wäre.“

„Rücksichtlich der Urkunden war nach vielseitiger Berathung der folgende Plan angenommen worden: a) Alle für das Hochstift oder die Geschichte wichtige Urkunden, mit wenigen (jezt nicht mehr nothwendigen) Ausnahmen, nach wiederholter genauester Vergleichung sollten aus den Originalien, oder, wenn diese verloren sind, aus den Traditionsbüchern in chronologischer Ordnung abgedruckt, und mit Abzeichnungen der Siegel, Monogrammen *zc.* bereichert werden. Jedoch wurde b) die Ausnahme festgesetzt, daß der *Liber traditionum antiquus* (I) und die ersten Blätter des *Libri commutationum* (trad. II), welche von Cozroh geschrieben sind, nicht, wie von Meichelbeck geschehen, zerstückelt und unvollständig, sondern ganz und von Blatt zu Blatt mitzutheilen seyen. c) Auch die (wenigen) falschen und verdächtigen Urkunden sollten abgedruckt, aber mit kritischen Bemerkungen begleitet werden.“

2. Die gegenwärtige Sammlung Päpstlicher Urkunden enthält nun alle diejenigen, welche, wie Hoheneicher oben bemerkte, dem Bischöfe Ludwig Joseph durch Vermittelung des Grafen von Sarampi aus den römischen Archiven abschriftlich mitgetheilt worden sind, und die aus Hoheneichers Nachlaß durch Kauf in die hiesige Domcapitel'sche Bibliothek übergingen\*\*). Ihre Zahl beträgt 53, vielmehr, da eine Urkundenabschrift doppelt vorhanden ist, nur zwey und fünfzig. — Bischof Ludwig Joseph hat jede derselben bey ihrem Empfange mit dem fortlaufenden Nummer bezeichnet und durch eigenhändige Beyfügung seines Namens als zu dieser Sammlung gehörig signirt.

3. Daß sie zusammen abgedruckt zu werden verdienten, bedarf wohl keines Beweises, zumal bis jezt nur wenige derselben jemals

---

\*) Das Hochstift Freydingen besaß in Oesterreich die Grafschaft Groß-Engersdorf, das Amt Holnburg und die Herrschaften Ulmersfelden und Waidhofen an der Pbs; in Steyermark die Herrschaft Rottenfels; in Krain die Herrschaft Bischofslack; in Tyrol das Amt Innichen und mehrere Weingüter um Bogen *zc.*

\*\*\*) Sie führen die Aufschrift: *Litterae pontificiae* oder von Heckenstallers *Frisingensia in folio*, Band 263.

im Drucke erschienen sind. Sie werden jedoch hier nicht in derjenigen Ordnung, in welche sie die Ziffern des Bischofs Ludwig Joseph gebracht haben, sondern streng nach der Zeit ihrer Ausfertigung (in chronologischer Reihenfolge) gegeben und nur mit Inhaltsanzeigen versehen und durch einige kurze Anmerkungen erläutert, die indessen einer förmlichen Verarbeitung dieses neuen historischen Materiales nicht vorgreifen wollen.

4. Ein dieser Sammlung am Schlusse beygefügtes Verzeichniß anderer Päpstlichen Urkunden, welche die bayerische Geschichte überhaupt berühren und von welchen Graf Garampi nach Defele's Versicherung schon im J. 1763 gleichfalls Abschriften angeboten hatte, hat man nicht weglassen zu sollen geglaubt, obgleich dasselbe über die diesen Beyträgen gesetzten Grenzen hinausgeht.

5. Die Zahl der das Bisthum Freysing betreffenden Päpstlichen Bullen, Breven und sonstigen Urkunden ist so groß, daß leicht noch einige Reihen derselben geliefert werden könnten.— Auch über die freysingischen Traditionsbücher wird in der Folge Näheres mitgetheilt werden.

v. D.

## I.

Papst Honorius III. setzt den Erzbischof von Salzburg in Kenntniß, daß er über sein Vorhaben, in Sekau ein neues Bisthum zu errichten, von den Bischöfen zu Freysing und Brixen und dem Abte von Admont gutachtliche Berichte abverlangt habe.

2. Dec. 1217.

(Ex Regesto anni II. litterarum Honorii PP. III. Epist. 741.)

Honorius Episcopus servus servorum Dei <sup>1)</sup>.

Venerabili fratri . . . <sup>2)</sup> Salzburgensi Archiepiscopo salutem et apostolicam benedictionem.

<sup>1)</sup> Papst Honorius III. wurde im Jahre 1216 den 21. Jul. erwählt, den 24. Jul. consecrirt und starb den 18. März 1227.

<sup>2)</sup> Erzbischof Eberhard II. regierte in Salzburg v. J. 1201 bis 2. Dec. 1246 (Vgl. Beitr. I. Bd. S. 246 und 247). — In den Abschriften

Et tibi meritum incomparabile comparas apud Deum, et nobis spiritualium prestat materiam gaudiorum, quia sicut minister Christi, et ministrorum Dei providus dispensator familie sibi credite non plus preesse cupiens quam prodesse, postponis lucra temporalia profectibus animarum, et in grege tibi commisso non que tua, sed que sunt Christi requirens, non tam pasci ab ovibus, quam eas pascere delectaris, quin potius, ne, quod absit, illos non agnoscere vel non agnosci ab illis arguaris a Domino, cui es redditurus de omnibus rationem, nec ipse voce prophetica conqueratur, factus est sicut grex perditus populus meus, et si cum nequiveris visitare, curam gregis ipsius in plures dividere providisti, nuper unum ei preficiendo pastorem, et nunc preficiendi alium licentiam a nobis cum instantia postulando <sup>8)</sup>).

Veniens enim ad sedem apostolicam cum litteris tuis dilectus filius Karolus Prepositus Frisacensis coram nobis et fratribus nostris prudenter exposuit, quod Salzburgen-sis diocesis usque adeo est diffusa, quod eam non potes sicut deberes commode visitare, presertim cum sint in ea, maxime in finibus Ducatus Sthirie prope Vngariam quedam loca, quo non potes accedere personaliter, nec aliquem de Coepiscopis tuis dirigere ad exhibenda gentibus regionis illius episcopalia sacramenta, propter quod illi, qui licet sint renati unda Baptismatis, nunquam tamen adhuc perfecte informari potuerunt ecclesiasticis institutis, adhuc ex parte antiquorum rituum tenebris involuti deviant in quibusdam, et timetur, ne precipites proruant in errorem, a quo non sint de facili eruendi. Quare timens, ne, si non annuntiaveris iniquitatem suam impiis, ipsi quidem in suis iniquitatibus moriantur, et sanguis eorum de tuis manibus requiratur, nobis humiliter supplicasti, ut in Sechowensi Ec-

---

der Päpstlichen Urkunden, wie sie aus den römischen Archiven mitgetheilt wurden, sind die Namen der Bischöfe, Aelte und anderer Personen selten angegeben, sondern müssen nach den chronologischen Daten ergänzt werden.

<sup>8)</sup> Erzbischof Eberhard hatte im Jahre 1215 das Bisthum Chiemsee gestiftet.

clesia, que est canonica regularis, sedem episcopalem creandi auctoritatem tibi concedere dignaremur parato, de assensu capituli tui ei unam dietam et dimidiam in diocesi, et trecentas marchas in redditibus assignare.

Nos igitur tue discretionis propositum dignis in Domino laudibus commendantes, preces tuas benigno favore duximus prosequendas; sed ut res tam ardua sine aliqua offensione procedat, venerabili fratri nostro . . . 4) Episcopo Frisingensi et dilectis filiis . . . . Electo Brixienti 5) et . . . . Abbati Admuntensi tue diocesis nostris damus litteras in mandatis, ut huiusmodi negotii circumstantiis sollicitè inquirentes, et specialiter, utrum Salzburgensi Ecclesie hoc expediat, et ad id Capituli eiusdem accedat assensus, nec non, si Sechowensis Ecclesia ad hoc servetur indemnis, et utrum sit sufficiens et idonea provisio futuri Episcopi pre-taxata, diligentius indagantes rescribant nobis super hiis omnibus fideliter veritatem, qua cognita de consilio fratrum nostrorum inoffense auctore Domino procedamus, sicut viderimus expedire.

Quocirca fraternitatem tuam rogamus et monemus attente, quatenus prudenter attendens, quod indignum est,

4) Bischof in Freysing war damals Otto II., ein Graf von Bergen (1184 — 17. März 1220).

5) Nicht ein Bischof von Brescia, sondern Bischof Berthold von Brixen (1217 — 1224) ist hier gemeint. Sinauer sagt in der Geschichte des Bisthums Brixen (Bd. IV. S. 123): Zwey Jahre waren — nach der Errichtung des Bisthums Chiemssee — noch nicht verby, als sich Berthold auch das zweyte Bisthum und zwar zu Seckau in Steyermark zu errichten entschloß. Dieses Vorhaben auszuführen, schickte er den Propst Carl zu Friesach an den Papst Honorius III. und ließ ihn um seine Einwilligung bitten. Der Papst lobte den frommen, uneigennütigen Entschluß des Erzbischofs, ernannte jedoch vor Ertheilung seiner Einwilligung Otto, Bischof von Freysing, Berthold, erwählten Bischof von Brixen, und Gottfried, Abt zu Admont, als seine Abgeordneten, welche untersuchen sollten, ob dem schon früher gestifteten Kloster Seckau durch das Bisthum kein Eintrag geschehe, ob das Domcapitel zu Salzburg dazu einstimme und ob zur Erhaltung des neuen Bischofs genugsame Renten vorhanden seyen (2. Dec. 1217) — Vgl. Zanners Chronik von Salzburg (II. 218 — 223.)

ut episcopalis dignitas, maxime in partibus illis, patiatur incommoda paupertatis, taliter Episcopo creando studeas providere, quod eius dignitas non vilescat, sed potius honoretur, cuius honor ad tuam laudem provenit et honorem.

Dat. Laterani 4. Non. Decembris, Pontificatus nostri Anno II.

In eundem modum scriptum est eisdem usque *viderimus expedire*, verbis competenter mutatis. Quod si non omnes hiis exequendis interesse potueritis, duo vestrum ea nihilominus exequantur.

Dat. ut supra.

## 2.

Papst Gregor IX. beauftragt den Bischof von Eichstätt und die Aebte von Aldersbach und Salmannsweiler, die dem Papste Honorius III. zugekommenen Anzeigen über die Verschwendung und üble Aufführung des Bischofs Gerold von Freysing zu untersuchen.

24. April 1227.

(Ex Regesto Anni I. litterarum Greg. PP. IX. Ep. 52.)

Gregorius <sup>1)</sup> Episcopus servus servorum Dei.

Venerabili fratri . . . <sup>2)</sup> Episcopo Eisteteni. et dilectis filiis . . . . . de Aldesparc, et . . . . de Salem abbatibus Patavien. et Constant. dioeces. salutem et apostolicam benedictionem.

Prelatorum excessus tanto sunt severius corrigendi, quanto plures eorum corrumpuntur exemplo, si remaneant incorrecti.—Sane dilecti filii C. . . . E. . . . H. . . . , et quidam alii Canonici Frisingenses, bone memorie H. <sup>3)</sup> Pape predecessori nostro denuntiando monstrarunt, quod venerabilis

<sup>1)</sup> Papst Gregor IX. wurde den 20. März 1227 erwählt und starb den 21. August 1241.

<sup>2)</sup> Bischof von Eichstätt war damals Heinrich I. von Zipplingen († 10 Jan. 1229), Abt in Aldersbach Nicolaus I. († 1232), Abt in Salmannsweiler Gerhard, ein Graf von Neuhof, welcher diesem Kloster 51 Jahre (1190 — 1240) verstand.

<sup>3)</sup> Honorio III.

frater noster . . . 4) Frisingensis Episcopus bona sui Episcopatus, quem, ut dicunt, fuit minus canonice assecutus, adeo graviter dilapidat et consumit, quod, nisi celeriter adhibeatur remedium, Episcopatus idem per eum ad irreparabilis desolationis obprobrium deducetur. Nec solummodo rerum, verum etiam fame sue prodigus et salutis, vitam ducit enormiter dissolutam, adeo ut inficiationi eius continentie non sit locus, cum manifeste cohabitationis indicio comprobetur, alias quod modesta 5) Pontificalis gravitatis abjecta se dictis et factis sic levem ac irreprehensibilem exhibet, ut eius vita eis sit in laqueum et in scandalum, quibus esse deberet honestatis exemplum.

Quia igitur hec sub dissimulatione transire nec volumus nec debemus, sequentes formam litterarum, quas dictus Predecessor noster super hoc providerat destinandas, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus ad locum personaliter accedentes inquiratis sollicitè veritatem, et eam fideliter conscribentes sub sigillis vestris nobis transmittatis inclusam, eundem Episcopum ad nostram citantes presentiam, quatuor mensium post citationem vestram sibi terminum assignantes, quo nostro se conspectui personaliter representet, pro meritis recepturus, potestate obligandi, vendendi, infeudandi, seu quomodolibet alienandi bona ipsius Ecclesie interim eidem Episcopo penitus interdicta. Quod si non omnes hiis exequendis interesse potueritis, tu frater Episcopo ea nihilominus exequaris.

Dat. Laterani 5. Kal. Maj, Pontificatus nostri Anno I.

### 3.

Mehrere Bischöfe Deutschlands senden zur Vermittelung des Friedens zwischen dem Papste und dem Kaiser einen Bevollmächtigten nach Rom.

8. April 1237 (1240?)

(Ex Regesto An. X. litterarum Greg. PP. IX. Tom. V. p. 255.)

Sanctissimo in Christo Patri ac Domino Rev. G. 1)

4) Bischof Gerold, welcher am 28. April 1220 zur Insel gelangte und am 29. Juny 1230 abgesetzt wurde. Vgl. Leyträge, Bd. I. S. 74. 75.

5) Modestia?

1) Papst Gregor IX.



Sacrosancte Romane sedis summo et universali Pontificii C. . . . <sup>2)</sup>, Dei gratia sancte Coloniensis Ecclesie humilis minister, L. . . . Warmatiensis, L. . . . Monasteriensis et E. . . . Osnaburgensis Episcopi devota pedum oscula beatorum.

Cuius nutrimur ab uberibus sancte Matris Ecclesie, eius, Pater sanctissime, Pontificem et Pastorem nostris adimus alloquiis, confidenter in sinceritate pure devotionis vobis apertientes, occasione discordie, que inter vos et Dominum Imperatorem suborta est, persuasione humani generis inimici diversa heresum germina hinc inde per mundi domicilia subcreescere, seditiones plurimas, guerras, bella, homicidia, et, ut plura paucis perstringamus, tot mala enormia et inaudita, quod, nisi paterna vestra pietas karitatis zelo hiis duxerit occurrendum, timemus, fidei catholice tam grave periculum imminere, a quo vix adiciet ut resurgat. Eadem quoque discordia, ut de omnibus aliis malis concurrentibus taceamus, est et erit occasio, quare sancte Terre et Crucifixi negotium non geratur.

In ea itaque fide, qua fidem catholicam amplectimur, et Romanam Ecclesiam veneramus, si Dominus Imperator non posset ad concordiam revocari, licet sub rerum periculo et personarum, partem tamen sancte matris Ecclesie, prout tenemur, sicut filii obedientie juxta puram conscientiam foveremus, sub eiusdem quoque fidei debito vos certum reddimus, quod hec ei nude similiter scripsimus et expresse. Cum ergo scripserit in omnes terras, quod stare velit juri, supplicamus Sanctitatem vestram, quatenus Matri nostre, que per dilatationem et tutelam Imperii pacis et salutis recipere debuit incrementa, compatiens misericorditer vero Dei amatori fratri Conrado, venerabili Magistro Hospitalis s. Marie Teutonicorum Jerosolimitan., quem pro tranquillitate et pace caritatis dono ditavit Dominus, quem etiam specialiter vestrum et Romane Ecclesie sincerum zelatorem novimus, transmissio ad pedes Sanctitatis vestre, inspicientes benigne Ecclesiam Dei et tempestates in ea sub-

---

<sup>2)</sup> Conrad, Erzbischof von Köln, Landolf, Bischof von Worms, Ludolf, Bischof v. Münster u. Engelbert, Bischof v. Osnabrück.

ortas, et quomodo in partibus transmarinis Crucifixi negotium retardatur, benignam audientiam concedatis, et vera credatis, que proposuerit super istis, et ea recipere dignimini cum effectu. Commisimus siquidem ei, ut si de voluntate vestra ex Principibus aliquem viderit in eodem negotio oportunum, ut et illum confidenter requirat ad occurrendum sibi in salutem nominis christiani.

Dat. apud Coloniam 8. Aprilis.

In eundem modum scripserunt C. <sup>3)</sup> Frisingensis, F. Eistadensis, et B. (!) Brixinensis Episcopi super eodem.

In eundem modum scripsit B. Argentinensis Episcopus.

In eundem modum scripsit C. Spirensis Episcopus.

In eundem modum scripsit H. Erbpolensis Episcopus.

Dat. apud Herbipolim 6. Non. Maj (2. Maji), XIII. Ind. An. Pontificatus nostri XV. <sup>4)</sup>

In eundem modum scripsit Theod. <sup>5)</sup> Treverensis Archiepiscopus super eodem.

#### 4.

Papst Gregor IX. überträgt dem Bischof von Sedau, dem Abt von Walderbach und dem Dominicaner-Prior in Friesach die Untersuchung der Klagen des bayerischen Herzogs Otto gegen den Bischof Conrad von Freysing.

15. April 1239.

(Ex Regesto An. XIII. litterarum Greg. PP. IX. Ep. 17.)

<sup>3)</sup> Die hier folgenden Bischöfe sind Conrad I. von Freysing, Friedrich II. (v. Parsberg) von Eichstätt (1237 bis 28. Juni 1246), Heinrich (ein Herr v. Kaufers) von Brixen (1124 bis 18. Nov. 1239. Sein Vorfahrer, Bischof Berthold, war schon den 17. Jul. 1224 gestorben); Berthold (Herzog von Teck) von Straßburg (1223 bis 1239), Conrad IV. (Edler von Than, Druchburg und Waldburg) von Speyer (1233 bis 1237), u. Hermann I. (v. Lobdenburg) von Würzburg (27. Febr. 1225 bis 3. März 1252).

<sup>4)</sup> Die dreizehnte Indiction und das fünfzehnte Pontificatsjahr des Bischofs von Würzburg stimmen nur mit dem Jahre 1240 überein.

<sup>5)</sup> Dietrich II., ein Graf v. Wied, war von 1212 bis 1242 Erzbischof und Churfürst in Trier.

Gregorius Episcopus servus servorum Dei.

Venerabili fratri . . . <sup>1)</sup> Episcopo Secowensi et dilectis filiis . . . Abbati de Waltebac, Cist. Ord. et . . . Priori fratrum Predicatorum de Frisaco Ratisponen. et Salzburgen. dioc. salutem et apostolicam benedictionem.

Nobilis vir . . . <sup>2)</sup> Dux Bawarie transmissa nobis petitione monstravit, quod cum venerabilis frater noster . . . <sup>3)</sup> Frisingensis Episcopus in ipsum excommunicationis, et in terram eiusdem interdicti sententias auctoritate ordinaria contra justitiam protulisset, tandem post diversas litteras propter hoc hinc inde ad iudices diversos a nobis obtentas prefatus Episcopus super hoc et quibusdam aliis articulis ad venerabilem fratrem nostrum . . . <sup>4)</sup> Chimensem Episcopum et te, Frater Episcopo, ac . . . Abbatem de Agmund <sup>5)</sup>, Salzburgensis dioc., nostras impetravit litteras, continentis, ut tu et dicti college facientes vobis easdem litteras et processus per eos habitos presentari, detentores ad exhibitionem eorum per censuram ecclesiasticam compellendo, causam, si de partium voluntate procederet, iudicio curaretis vel concordia terminare. Alioquin ipsam ad nos remitteretis sufficienter instructam, proficiendo partibus ter-

<sup>1)</sup> Heinrich, zweyter Bischof zu Seckau (1232 — 1243). Die Reihenfolge der Aebte des Cistercienserklosters Walderbach in der Oberpfalz findet man zwar im fünften Bande des sogenannten geistlichen Kalenders von Zimmermann (S. 332 — 338) und in den Verhandlungen des historischen Vereins von Regensburg (VII. 314); es läßt sich jedoch aus keiner derselben bestimmen, welcher Abt diesem Kloster im Jahre 1239 vorgestanden habe. Im Jahre 1221 kommt Abt Seifrit vor (M. Boic. XII. 120). Seine Nachfolger waren Hermann, Jakob und Wilhelm II.

<sup>2)</sup> Ueber Herzog Otto II. von Bayern sehe man A. Buchners Geschichte von Bayern (Bd. V. S. 75 — 128).

<sup>3)</sup> Conrad I., ein Edelr von Tölz und Hohenburg, der 26. Bischof von Freysing (24. Oct. 1230 — 18. Jan. 1258). Vgl. Beyträge Bd. I. S. 75 und 76.

<sup>4)</sup> Albert I., zweyter Bischof von Chiemesee (1233 — 1252). Vgl. Beyträge Bd. I. S. 317.

<sup>5)</sup> Das Benediktinerstift Admont in Steyermark.

mino competenti, quo per se vel per procuratorem idoneum nostro se deberent conspectui presentare.

Quare prefatus Dux nobis humiliter supplicavit, ut, cum eodem littere sint obtente, dum procurator ipsius esset in itinere constitutus, propter hoc ad nostram presentiam veniendi, ne per cavillosa diffugia contingat negotium prorogari, et ut iudicium sine suspitione procedat, duos ex predictis iudicibus amoventes unum obtentu ipsius, et ex officio nostro subrogare alium curaremus; Nos igitur ipsius Ducis precibus inclinati, eidem Episcopo et Abbate remotis, vos filii Abbas ad petitionem Ducis eiusdem, et Prior ex officio nostro loco subrogantes ipsorum, mandamus, quatenus in causa ipsa, nisi sit ad litis contestationem processum, juxta priorum continentiam litterarum appellatione remota ratione previa procedatis. Quod si non omnes hiis exequendis interesse potueritis, duo vestrum ea nihilominus exequantur.

Dat. Laterani 17. Kal. Maj Pontificatus nostri An. XIII.

## 5.

Papst Innocenz IV. beauftragt seinen Legaten (den Cardinal Petrus) den Erzbischof von Magdeburg und die Bischöfe von Passau und Freysing wegen ihrer Parteynahme für Kaiser Friedrich zur Verantwortung zu ziehen.

26. Oct. 1247.

(Ex Regesto An. V. litterarum Innoc. PP. IV. Ep. 337)

Innocentius Episcopus servus servorum Dei <sup>1)</sup>.

Dilecto filio P..... <sup>2)</sup>, s. Gregorii ad velum aureum Diacono Cardinali, Apostolice sedis Legato, salutem et apostolicam benedictionem.

Dolet et dolere debet Ecclesia generalis, et nos cum ea et pro ea dolemus plurimum et turbamur, cum audi-

<sup>1)</sup> Innocenz IV. wurde den 24. Jun. 1243 zum Papst erwählt und 4 Tage nach der Wahl consecrirt. Er starb den 13. Dec. 1254.

<sup>2)</sup> Petrus Capuccinus oder de Capuccinis, ein Römer, wurde im Dec. 1244 zum Cardinal creirt und starb den 20. May 1259.

mus, Prelatos, qui persecutorum flammis, quibus exurit Ecclesia in presenti, deberent extinguere, non solum nolle defensionis manum persecutionum ignibus adhibere, verum etiam quodammodo ignes accendere, ignibus eandem Ecclesiam multipliciter persequendo. Cum enim . . . Magdeburgensem Archiepiscopum, et . . . Pataviensem ac . . . Frisingensem Episcopos<sup>3)</sup>, velut nobilia membra Ecclesie, adeo deberet comedere zelus eius, ut non possent obprobria illi exprobrantium et usurpantium jura eius equanimiter sustinere, iidem, quod non absque amaritudine cordis accepimus, non solum non assistunt ipsi Ecclesie, eorum matri, contra malitiam eam persequentium, ut deberent, opponendo se murum pro ea ascendentibus ex adverso, sed etiam divino timore ac humano pudore postpositis, et pontificali gravitate neglecta, nec non et clavibus Ecclesie dampnabiliter vilipensis, F(rideric), quondam Imperatori, excommunicato et Dei et Ecclesie inimico prestant manifeste auxilium, consilium et favorem, per quod dictam Ecclesiam ut hostes publici persecuntur, eodem Magdeburgensi matrimonio inter ipsum F(ridericum) et filiam . . . Ducis Saxonie procurante; accepimus siquidem, quod . . . Marchio Misenensis, . . . Bavarie, ac . . . Saxonie Duces, et filia ipsius Ducis Saxonie, nec non et nobiles de Austria et Stiria, et H. de Euurstem, qui pro ipsorum nobilium Capitaneo nomine dicti F(rideric) se gerit, viri nobiles genere, sed suis perversis actibus ignobiliterantes se ipsos, et in reprobum sensum dati, prefato F(rideric) contra Deum et ipsam Ecclesiam assistunt viriliter et potenter. Ideoque mandamus, quatenus predictos Archiepiscopum et Episcopos auctoritate nostra citans prefigas eis terminum peremptorium competentem, quo personaliter ad presentiam nostram accedant, pro meritis recepturi, alias vero jam dictos nobiles, ut ab eodem F(rideric) penitus recedentes, non prestant ei auxi-

---

<sup>3)</sup> Der damalige Erzbischof von Magdeburg war Wilbrand (1236 — 1253), der Bischof von Passau Rudiger von Radeck (1233 — 1250) und der von Freysing Conrad I. (1230 — 18. Jan. 1258).

lium, consilium et favorem, et ad unitatem s. matris Ecclesie revertantur, monitione premissa per censuram ecclesiasticam appellatione remota compescas, si videris expedire.

Dat. Lugduni VII. Kal. Nov. Pontificatus nostri Anno V.

## 6.

Papst Innocenz IV. ermahnt die Bischöfe von Freysing, Passau u. a., den Grafen Conrad von Wasserburg gegen seine Feinde in Schutz zu nehmen.

5. May 1248.

(Ex Regesto An. V. litterarum Innoc. PP. IV. Ep. 809 ad 873).

Innocentius Episcopus servus servorum Dei.

Venerabilibus fratribus . . . . Frisingensi . . . . Pataviensi . . . . Ratisponensi et . . . . Eistetensi Episcopis ac dilectis filiis . . . . Electo Augustensi et . . . . Procuratori Ecclesie Salzbergensis <sup>1)</sup> salutem et apostolicam benedictionem.

Cum, sicut dilectus filius, nobilis vir Conradus, Comes de Wazeburc <sup>2)</sup>, cruce signatus, Ecclesie Romane devotus

<sup>1)</sup> Im Jahre 1248 waren Bischöfe: in Freysing Conrad, in Passau Rudiger, in Regensburg Albert I., in Eichstätt Heinrich IV., in Augsburg Hartmann, in Salzburg Philipp.

<sup>2)</sup> Vgl. Friedr. Kunstmann's Beyträge zur spätern Lebensgeschichte des Grafen Conrad von Wasserburg (im oberbayer. Archiv I. 36 — 44), wo auch die gegenwärtige Urkunde bereits abgedruckt ist. Der nähere Inhalt derselben wird dort so angegeben:

„Dieses Document ist an die Bischöfe von Freysing, Passau, Regensburg und Eichstätt, den neu erwählten Bischof von Augsburg und den Verweser der Erzdiocese Salzburg gerichtet. Der Papst schreibt an diese ihm ergebenen Bischöfe, sein geliebter Sohn, der Graf Conrad von Wasserburg, habe ihm klagend hinterbracht, daß der Herzog Otto, dessen Gemahlin und dessen Söhne, wie auch der Pfalzgraf Rapoto und mehrere bayerische Edelleute ihn, den Grafen, aus seiner Graffschaft vertrieben und seine Besitzungen eingenommen hätten, in deren Genuße sie sich noch gegenwärtig befänden. Von diesen Edelleuten werden namentlich aufgeführt: Berthold, Markgraf von Hohenburg, Gebhard von Hirschberg, Otto von Playen, Albert von Mosburg (?), Luikmann von Stein, Werner von Laber, Heinrich von

nobis exposuit conquerendo, nobiles viri . . . Dux Bavarie et A. uxor, et filii eius Rapoto, Palatinus Bavarie, Bertholdus Marchio de Hohenburch, Gebeardus de Hirsperch, Otto de Bleien, et Albertus de Mesburch Comites, Luitzemarius de Lapide, Wernerus de Laber, Henricus de Wilheam, Ludovicus de Hogenowe, Engescalcus de Haginebere, et Hermannus frater eius, Henricus de Lechsberch, Sifridus de Froimberch, Ulricus de Fruintsberch, Sifridus de Fronhouen, et Bertholdus de Schilthberch, et quidam alii sequaces eorum, vestrarum diocesium, fautores F(ridrici) quondam Imperatoris, Dei et Ecclesie inimici, castra, villas et possessiones suas hostiliter invadentes, ea omnia occuparint et detineant occupata, propter quod sui voti executio impeditur, mandamus, quatenus, si est ita, dictos Ducem, uxorem et filios, nec non Comites ac alios, ut eisdem Comiti castra, villas et possessiones predicta cum fructibus a tempore occupationis huiusmodi perceptis ex eis restituantur, ut tenentur, et ab ipsius et terre sue molestia et gravaminibus de cetero conquiescant, moneatis attentius, et efficaciter inducatis ipsos ad id, si monitis acquiescere non curaverint, per excommunicationis in personas et in terras eorum interdicti sententias appellatione remota cogentes, easque sententias, si protervitas exegerit eorundem, singulis diebus dominicis et festivis per loca, in quibus expedire videritis, pulsatis campanis et candelis accensis innovantes solempniter, et facientes usque ad satisfactionem condignam auctoritate nostra, sublato appellationis obsta-

---

Weilheim, Ludwig von Hagenau, Engelschalk von Haginberg und dessen Bruder Hermann, Heinrich von Lechsberg, Sifrid von Frauenberg Ulrich von Friendsberg, Sifrid von Frauenhofen und Berthold von Schiltberg. Der Papst trug nun den genannten Bischöfen auf, den Herzog, seine Familie und die betheiligten Edelleute zur Zurückgabe der Besitzungen des Grafen Conrad anzuhalten und sie zum ruhigen Verhalten gegen den Grafen zu ermahnen; werde jedoch den Bischöfen hierin kein Gehör geschenkt, so sollen diese gegen die genannten Personen die Excommunication aussprechen, ihre Länder mit dem Interdicte belegen, dieß alle Sonn- und Feiertage feyerlich verkünden und mit Ausnahme der Taufe und Buße keine Sacramente spenden lassen.

culo, inviolabiliter observari, districtius inhibendo, ut interim in terris ipsis preter penitentias morientium et baptismata parvulorum nullum celebretur divinum officium, aut exhibeatur ecclesiasticum sacramentum, non obstante indulgentia, si qua supradicto Duci Bavarie, vel aliquibus predictorum a sede apostolica est concessa, ut excommunicari aut terre ipsorum ecclesiastico interdicto supponi, aut ipsi trahi ad iudicium extra eorum terras non possint per litteras apostolicas absque apostolice sedis speciali mandato, faciente plenam de ipsa indulgentia mentionem, seu aliqua alia, de qua in litteris nostris mentio fieri debeat specialis. Alioquin ne idem Comes pro defectu vestro sui juris dispendium patiat, damus dilectis filiis fratribus Henrico de Arbresperge et Hermanno de Botenbrunnen, ordinis fratrum minorum, et . . . Vicedomino Ratisponensi nostris litteris in mandatis, ut ipsi mandatum super hoc apostolicum exequantur.

Dat. Lugduni 3. Non. Maji, Pontificatus nostri anno V.

Illis scriptum est, verbis competenter mutatis, usque *exequantur*. Non obstante indulgentia, qua ordini fratrum minorum dicitur esse concessum, ut de causis vel executionibus non teneantur se intromittere fratres eiusdem ordinis, seu agnoscere per litteras apostolicas, que de ipsa indulgentia non fecerint mentionem; quod si non omnes hiis exequendis interesse potueritis, duo vestrum ea nihilominus exequantur.

Ep. 810. Innoc. etc. Eisdem.

Cum, sicut dilectus filius, nobilis vir Conradus, *ut in proxima usque impeditur*. Nos attendentes, quod in hoc non solum ipsius Comitis res agitur, sed libertas et commodum universalis Ecclesie procuratur, ac per hoc vos ei assistere cupientes, Universitatem vestram rogamus, moneamus et hortamur attente, ac per apostolica vobis scripta mandamus, quatenus considerato prudenter, quod vestra res agitur, paries cum proximus ardet, eidem Comiti contra persecutores prefatos assistentes viriliter, et patenter ipsum pro nostra et apostolice sedis reverentia in vestris munitio-nibus admittatis, ita quod ipse speratum in vobis subsidium



se invenisse letetur, nosque devotionem vestram dignis prosequamur actionibus gratiarum. Alioquin damus dilectis filiis fratribus Henrico etc. *ut in proxima usque mandatis*, ut vos ad id monitione premissa auctoritate nostra sublato appellationis impedimento compellant.

Dat. ut supra.

Illis scribitur, verbis competenter mutatis, usque *compellant*. Non obstante indulgentia, qua ordo fratrum minorum etc. *ut supra*. Quod si non omnes etc.

Dat. ut supra.

Ep. 811. Innocentius etc. Eisdem.

Cum, sicut dilectus filius, nobilis vir Conradus etc. *ut supra usque cupientes*. Universitatem vestram rogamus, monemus et hortamur attente, mandantes, quatenus considerato prudenter, quod vestra res agitur, paries cum proximus ardet, eidem Comiti, prout decet eundem in tante necessitatis articulo, sic in suis necessitatibus subvenire velit hilariter et libenter, quod eidem speratum in vobis subsidium se gaudeat invenisse, ac alii eius exemplo ad devotionem Ecclesie fortius animentur, nosque liberalitatem vestram dignis in Domino laudibus commendemus.

Dat. ut supra.

Ep. 812. Innocentius etc. Eisdem.

Illius vices licet immeriti gerentes in terris, qui non vult mortem peccatoris, sed vitam inquirat, tanto artiori dolore turbamur, quanto nobilius membrum in Ecclesie corpore interdum ledi contingit. Unde quia rectum vulnus, si dimittatur intactum, solet in scandalum corporis latius evagari, nos olim videntes, quod F(ridericus) quondam Imperator, propriam negligendo salutem, excommunicationis sententiam, quam in eum suis culpulis exigentibus Ecclesia Romana protulerat, dampnabiliter comtemptnebat, et expectantes diutius, ut percussus dolens ad percutientem se in humilitate rediret, Deum exercituum inquirendo, immo, quod dolentes referimus, indurato corde medicinam exhorrens, et increpationem abhominans discipline, ac malleum velut stipulam reputans, non solum nulla penitudine se correxit,

verum etiam addiciens peccatum peccatis contra se audacter irritavit Dominum in Ecclesia sua in multis gravissime persequendo, eundem F(ridericum) ab omni dignitate ac honore, quibus se indignum reddiderat, servando privavimus, ac omnes, qui ei tenebantur juramento astricti, a juramento huiusmodi perpetuo duximus absolvendos. Verum quia in omnibus hiis non est adversus furor eius, sed adhuc manus eius extenta, ita ut plaga eius insanabilis videatur, et dignum est, ut, quos divinus timor a malo non revocat, temporalis saltem coerceat disciplina, si forte vexatio ei tribuat intellectum, per apostolica vobis scripta in virtute obedientie districtae precipiendo mandamus, quatenus singuli vestrum in vestris Civitatibus et diocesis contra dictum F(ridericum), C(onradum) natum eius ac fautores ipsorum proponatis subjectis vobis populis verbum crucis, eosdem populos adversus ipsos tanquam perversores fidei et libertatis ecclesiasticae subversores studiosius animando, concessuri auctoritate nostra eis, qui huiusmodi onus in propriis personis et rebus assumpserint, illas suorum peccatorum veniam et indulgentiam, que proficiscentibus in Terre sancte succursum in generali concilio sunt concessae, preceptum tamen taliter impleturi, quod sollicitudinis vestre studium clareat per effectum, et apostolica sedes, quantum de vobis confidere debeat, in hoc argumentum evidens capiat, vosque de inobedientia vel contemptu argui non possitis.

Dat. ut supra.

Ep. 813. Innocentius etc.

Dilectis filiis fratribus Henrico de Arbresperge, et Hermanno de Botenbrunnen, ord. fratrum minorum et . . . . Vicedomino Ratisbonensi salutem et apostolicam benedictionem.

Dilectus filius, nobilis vir Conradus Comes de Wazaburg, proposuit coram nobis, quod licet cives de Hochnowe, ministeriales sui ac uxores, et filii eorumdem, nec non et Conradus miles de Sebrub, Frisingensis diocesis, ab excommunicationis sententia, quam per sedem apostolicam in eos adherentes F(ridericum) quondam Imperatori latam incurre-

rant, olim fuerint per dilectum filium . . . Electum Ferrariensem, tunc apostolice sedis Legatum, juxta formam Ecclesie absoluti, prestito ab eis de preservando in fidei puritate ac Ecclesie devotione corporaliter juramento; nihilominus tamen ipsi tanquam canes ad vomitum redeutes inimicis Ecclesie assistere animosius solito, sibi que ipsorum Domino rebellare in suarum animarum periculum non verentur. Ne igitur iidem de ingratitude et infidelitatis vitio se reportasse commodum glorientur, mandamus, quatenus, nisi predicti et alii in hoc eis similes ad cor reversi ad mandatum Ecclesie cum satisfactione super hoc edita infra festum assumptionis Beate Marie Virginis proxime venturum redire curaverint, ex tunc excommunicationis sententie subiciatis eosdem, et faciatis excommunicatos per loca, in quibus expedire videritis, singulis diebus dominicis et festivis pulsatis campanis et candelis accensis usque ad satisfactionem condignam solemniter nuntiari. Si vero protervitas exegerit eorumdem, terras ipsorum supponatis districtissimo ecclesiastico interdicto, ita quod preter penitentias morientium et baptismata parvulorum tam per seculares quam regulares clericos nullum in eis divinum celebretur officium aut exhibeatur ecclesiasticum sacramentum. Et ut eis forte vexatio tribuat intellectum, ipsos omnibus legitimis actibus et feudis, que ab Ecclesiis tenent, denuntietis auctoritate nostra privatos, concessa illorum dominis disponendi de ipsis libera facultate. Contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Non obstante indulgentia, qua ordini fratrum minorum dicitur esse concessum, quod de causis seu negotiis, que fratribus ipsius ordinis a Sede committuntur, eadem cognoscere minime teneantur etc. Quod si non omnes hiis exequendis interesse potueritis etc.

Dat. ut supra.

7.

Papst Nicolaus III. bestätigt die Wahl des Bischofs  
Friedrich von Freysing.

13. Jan. 1280.

(Ex Regesto An. III. litterarum Nic. PP. III. Tom. I. Ep. 1.)

Nicolaus Episcopus servus servorum Dei <sup>1)</sup>).

Venerabili fratri Friderico Episcopo Frisingensi <sup>2)</sup> salutem et apostolicam benedictionem.

Inter nostre mentis excubias Ecclesiarum gubernatio salubris et utilis constituitur non immerito singularis, cum sedis apostolice servitutis officium, imbecillitati nostre incumbens, potissime hoc exposcat, ut nos penes omnibus, quibus incessanter angimur, curis postpositis ad Ecclesiarum promotionem vigiles consurgentes earum diligenter quaeramus commoda et dispendiis diligentius occurramus, maxime que ex ipsarum diutina vacatione succrescant. — Dudum siquidem Ecclesia Frisingensis pastoris solatio destituta Capitulum eiusdem Ecclesie die ad eligendum prefixa, vocatis omnibus, qui debuerunt, voluerunt et potuerunt commode interesse, pro futuri substitutione pastoris convenientes in unum, procedere ad electionem huiusmodi per viam scrutinii unanimiter consenserunt. Verum postea, licet H. <sup>3)</sup>, Prepositus Ecclesie Ysinensis, ipsius Ecclesie Frisingensis Canonicus, ne fieret electio nisi canonica et de persona digna, et Emicho <sup>4)</sup>, Decanus Bambergensis, eiusdem Frisingensis Ecclesie Canonicus, proponens, quod tu homicidii et symoniace labis et variis aliis eras criminibus irretitus, ac offerens in conspectu dicti Capituli oblato iuramento, se credere, hec vera esse et posse probare, subjungens etiam, quod se non obligabat, illa omnia probaturum, sed ea, que sibi sufficere viderentur, et, ne in Epi-

<sup>1)</sup> Nicolaus III. wurde den 25. Nov. 1277 zum Papste gewählt, und den 26. Dec. des nämlichen Jahres consecrirt. Er starb den 22. Aug. 1280.

<sup>2)</sup> Friedrich von Montalban war der 28. Bischof in Freysing (1279 — 8. Dec. 1282). Vgl. diese Beyträge, Bd. I. S. 18, 49, 77, 131, 181 und 516 — 518.

<sup>3)</sup> Heinrich von Büttelbach (Burtlach oder Pietelbach), bayer'schen Abels, seit 1250 Domcapitular und bischöflicher Kanzler in Freysing, seit 1267 Propst in Meosburg, hatte seit ungefähr 1273 auch die Propstei des Collegialstiftes Ifen inne. Er starb i. J. 1284.

<sup>4)</sup> Emicho, Pfalzgraf von Wittelsbach, kommt seit 1271 als Stiftspropst von St. Andra in Freysing und seit 1275 als Domdechant in Bamberg vor. Vgl. Ussermann Episcopatus Bamberg. p. 262.

scopum eligereris, tam Prepositus quam Decanus predicti ad sedem apostolicam appellasset, nihilominus tamen postmodum iidem Capitulum, Prepositus et Decanus, per eandem viam ad electionem huiusmodi procedentes, Magistros Henricum Archidiaconum <sup>5)</sup>, Henricum Prepositum Verdensen <sup>6)</sup> et Wulfingum <sup>7)</sup> Doctorem Decretorum, Canonicos prefate Ecclesie, votorum suorum scrutantes eligere curaverunt, qui demum eorundem et sua vota secreto et singillatim diligentius perscrutati mox scrutinium huiusmodi prefatis Capitulo publicarunt. Et tandem ex dictis Capitulo, qui erant viginti et quatuor numero, quod sexdecim in te, quinque vero in eundem Emichonem, et idem Emicho ac unus alius de ipso Capitulo in Rodulphum <sup>8)</sup>, Canonicum Augustensem, Cancellarium Carissimi in Christo filii nostri . . . . Regis Romanorum Illustris, tuque in dictum Wulfingum direxeratis vota vestra, comperto, diligenti collatione premissa, predictus Prepositus Ysinensis sua et qua-

5) Vermuthlich Heinrich von Alzey, welcher seit 1270 als Domherr in Freysing verkonmt und im Jahre 1278 oder 1279 Dompropst dertselbst wurde. Vgl. Heckenstaller dissert. de eccl. cathedr. frisim. p. 40.

6) Wgr. Heinrich von Loek, aus der Familie von Gallenberg, Krainischen Adels, war schon im Jahre 1272 Domherr in Freysing und Stiftspropst zu Wërthsee in Kärnthén, auch des böhmischen Königs Ottefar und später des Kaisers Rudolph Caplan. Er lebte noch im Jahre 1284. — Ueber Wërthsee vgl. die älteren freysing. Matrifeln, Bd. III. S. 229.

7) Dieser Wulfingus findet sich in keinem Verzeichnisse der freysingischen Domherrn aufgeführt. Es läßt sich nicht wohl annehmen, daß derselbe mit Johann Wulfing, welcher v. 1306 — 1319 Bischof in Brixen, dann Bischof in Bamberg und im Jahre 1324 Bischof in Freysing war, die nämliche Person gewesen sey. Der 21. Bischof in Bamberg (1304 — 1319) hieß gleichfalls Wulfingus; er war ein Dominikaner aus Friesach und vir doctrina conspicuus. Schon im Jahre 1290 waren bey der Wahl eines neuen Erzbischofs von Salzburg mehrere Stimmen auf ihn gefallen. Ussermann p. 100. Hansiz Germ. sacr. II. 322.

8) Rudolph von Hirnheim, seit 1274 Domherr in Augsburg, wo er später (1285) Dechant und im Jahre 1301 Propst wurde. Er starb im Jahre 1312. (Kham Hierarch. Aug. I. 589).

tuor prefatum E. <sup>9)</sup>, qui in ipsum; Otto vero Decanus Ecclesie prefate <sup>10)</sup> sua similiter et quindecim Canonicorum eiusdem Ecclesie, qui in personam tuam suum consensum direxerant vice, te in Frisingensem Episcopum elegerunt.

Negotio igitur electionum huiusmodi ad sedem delato eandem, Magister Hermannus et Conradus eiusdem, Electores tui, et Rodegerus sancti Andree Frisingensis Ecclesiarum Canonici, ipsius E(michonis) procurator, in nostra presentia constituti, nobis te presente decretum electionum huiusmodi presentarunt. Tandem H(ermann) et C(onrado), quod electionem de te celebratam dignaremur confirmare, humiliter postulantis supradictis, prefatus R(odgerus), non esse admittendam postulationem huiusmodi, multipliciter affirmavit. Verum in disquirendo merita appellationis huiusmodi aliquibus videbatur, quod pro eo, quod dictus Decanus Bambergensis, ut premititur, antequam esset processum ad electionem aliquam, contra te nominatim nonnulla crimina in genere, sed non singulariter aut in specie expressit, nullo, licet oblato, corporali prestito iuramento, et subiverit, se illa credere vera esse et posse probare, offerens se, non omnia probaturum, sed ea, que sibi sufficere viderentur, et ne in Frisingensem Episcopum eligereris, vocem appellationis emisit, constitutio felicis recordationis Gregorii Pape Predecessoris nostri super hoc edita in Concilio Lugdunensi non erat usquequaque servata, sed in contrarium dicebatur, quod prefata constitutio appellantes post factas, non ante faciendas electiones ex sui forma perstringit, nec tamquam penalis ad preambulas appellationes poterat vel debebat extendi.

Nos autem nubem deputationis in hac parte volentes perpetue declarationis ministerio submovere, declaravimus, declarando decrevimus, in casu constitutionis eiusdem idem servandum esse per omnia in obtinentibus et appellationi-

---

<sup>9)</sup> Emichonem.

<sup>10)</sup> Otto Sappo kommt v. 1265 — 1278 als Domdechant von Freyding vor. Er starb den 22. April 1279. Vgl. Heckenstaller de eccl. cathedr. fris. p. 47.

bus contra personam sive ante electionem sive post, ubi contra certam et nominatam personam oppositiones fieri et appellationes contigerit interponi. Et idcirco ipsis opponen- tibus, et eis adherentibus in obtinentis silentium imponentes, cum alia non proponerent, ad que admittendi essent vel viderentur admitti, diligentius prefato examinato decreto, quia electionem de prefato E(michone) invenimus minus ca- nonice celebratam, ipsam de consilio Fratrum nostrorum justitia exigente cassantes, ac cassam et irritam nuntiantes, tuam electionem, utpote inventam canonicam, duximus con- firmandam, ac te, tunc predictæ Frisingensis Ecclesie Pre- positum, prefecimus eidem Ecclesie Frisingen. in Episcopum et Pastorem, tibi que postmodum munus consecrationis nos- tris manibus duximus imponendum, firma spe fiduciaque concepta, quod ipsa Frisingensis Ecclesia per tue industrie et circumspectionis fructuose studium preservabitur a dis- pendiiis et spiritualibus proficiet incrementis.— Tolle igitur jugum Domini, tam leve collis humilibus quam suave, ac in dilectione Dei pascendum suscipe gregem eius, super quem noctis vigilias diligens sollicitusque custodi, ut liber non pateat aditus invasori, et Dominus insusplicabili hora venturus, si te invenerit sic agentem cursu consumato, qui tuo labori proponitur, et horum fide seruata, qui tue sol- licitudini committuntur, te fidelem in modico supra multa constituat, ac in dilecta gaudiorum suorum tabernacula introducat.

Dat. Rome apud sanctum Petrum Idib. Jan. Pontifica- tus nostri Anno III.

In eodem modo: Dilectis filiis Capitulo Frisingensi.

Inter nostre mentis excubias etc. *ut in proxima supe- riori, verbis competenter mutatis.* Quocirca Universitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus eidem Episcopo tanquam Patri et Pastori animarum vestrarum hu- militer intendentes, et exhibentes ei obedientiam et reveren- tiam debitam et devotam, eius salubria monita et mandata suscipiatis devote, et efficaciter adimplere curetis. Alioquin sententiam, quam idem Episcopus propter hoc rite tulerit in rebelles, ratam habebimus, et faciemus auctore Domino

usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari.  
Dat. ut supra.

In eodem modo: Clero Civitatis Frisingensis.

In eodem modo: Populo Civitatis et diocesis Frisingensis etc. *usque incrementis*. Quocirca Universitatem vestram monemus, rogamus et hortamur attente, per apostolica vobis scripta mandantes, quatenus eundem Episcopum devote recipientes et honeste tractantes, eius salubribus mandatis et monitis intendatis; ita quod ipse in vobis devotionis filios se gaudeat recepisse, vosque in eo Patrem habeatis assidue gratiosum.

Dat. ut supra.

In eodem modo: Universis Vasallis Ecclesie Frisingensis *usque incrementa*. Quocirca Universitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus eundem Episcopum devote recipientes et honorificentia debita prosequentes ei fidelitatis solite juramentum nec non consueta servitia et jura sibi debita eidem exhibere integre studeatis; ita quod ipse in vobis filios devotionis invenisse se gaudeat, vosque in eo per consequens fructum paterne benevolentie gratulemini recepisse. Alioquin sententiam sive penam, quas idem Episcopus propter hoc rite tulerit aut statuerit in rebelles, ratas etc. *usque observari*.

Dat. ut supra.

## 8.

Papst Johann XXII. verleiht das Bisthum Freysing dem Joh. Wulfing, Bischof in Bamberg.

23. Dec. 1323.

(Ex Regesto anni VIII. litterarum Joh. PP. XXII. Part. I. Ep. 423.)

Johannes Episcopus servus servorum Dei <sup>1)</sup>.

Venerabili fratri Johanni Episcopo Frisingensi <sup>2)</sup> salutem et apostolicam benedictionem.

<sup>1)</sup> Johann XXII. wurde den 7. Aug. 1316 zum Papste gewählt und den 5. Sept. des nämlichen Jahres gekrönt. Er starb den 5. December 1334.

<sup>2)</sup> Johann I. (Wulfing) war der 32. Bischof von Freysing und derjenige, dessen Regierung unter allen freysingischen Kirchenverständen am



Romani Pontificis, quem Pastor ille celestis et Episcopus animarum potestatis sibi plenitudine tradita Ecclesiis pretulit universis, plena vigiliis sollicitudo requirit, ut ipse circa cuiuslibet statum Ecclesie sic vigilanter intendat, sicque prospiciat diligenter, ut per eius circumspectionem providam et providentiam circumspectam nunc per simplicis provisionis officium, nunc etiam per ministerium translationis accommode, prout locorum et temporum qualitas exigit, Ecclesiis singulis Pastor accedat idoneus et Rector providus deputetur, sicque Ecclesie ipse, superni favoris auxilio suffragante, votive prosperitatis successibus gratulentur.

Dudum siquidem Ecclesia Frisingensis per obitum bone memorie Chunradi Episcopi Frisingensis <sup>3)</sup> solatio destituta Pastoris, dilecti filii Capitulum eiusdem Ecclesie dilectum filium Albertum de Ennia <sup>4)</sup>, Prepositum eiusdem Ecclesie, per viam compromissi in Frisingensem Episcopum elegerunt et tam idem Prepositus, qui ad instantiam dictorum Capituli huiusmodi electioni consensit, quam idem Capitulum per certos eorum procuratores et nuncios infra tempus debitum confirmari eandem electionem a venerabili fratre nostro . . . <sup>5)</sup> Archiepiscopo Salzburgerensi, loci metropolitano, cum instantia postularunt. Idem vero Archiepiscopus negocium electionis eiusdem certis ex causis ad nos et ad apostolicam sedem remisit. Postmodum vero dictus Pre-

---

kürzesten dauerte. Er hatte dem Bisthume Brixen v. J. 1306 — 1319 vorgestanden, war dann Bischof in Bamberg gewesen und wurde von dort — nur einige Monate vor seinem Tode — nach Freyßing übersetzt. Im Monate März 1324 nahm er von seinem neuen Bisthume Besitz, starb aber schon den 25. April des nämlichen Jahres. Vgl. Sinnachers Geschichte von Brixen, Bd. V. S. 70 — 114. Ussermann Episcopat. Bamberg. p. 168 et 169.

<sup>3)</sup> Conrad III. (der Senflinger) war den 12. April 1322 mit Tod abgegangen. Sieh Beytr. I. 18.

<sup>4)</sup> Der Dempropst Albert von Enna wurde im nämlichen Jahre (1322) Bischof in Brixen, wo er im Jahre 1336 starb. Vgl. Sinnachers Geschichte von Brixen (V. 127 — 156).

<sup>5)</sup> Friedrich III. (v. Leibniz), Erzbischof von Salzburg vom 24. Oct. 1315 — 20. März oder 3. April 1338. Vgl. Beytr. I. 249.

positus, personaliter propter hoc ad sedem ipsam accedens, confirmari electionem eandem illius nobis presentato decreto a nobis humiliter postulavit. Nos autem electionem ipsam ex certis etiam causis, que ad id rationabiliter nostrum animum induxerunt, irritam decrevimus et inanem et deinde ipsius Episcopi Ecclesie ordinatione, ne prolixioris vacationis incurreret detrimenta, solícite cogitantes, post deliberationem, quam de proficiendo eidem Ecclesie Frisingensi personam utilem cum fratribus nostris habuimus diligentem, in te, tunc Bambergensem Episcopum, noster animus requievit.

Intendentes igitur, tam eidem Frisingensi Ecclesie quam gregi Dominico eiusdem solícite ac utiliter providere, te a vinculo, quo tenebaris Bambergensi Ecclesie, cui ut premititur preeras, de dictorum fratrum consilio et apostolice potestatis plenitudine absolventes, te ad eandem Ecclesiam Frisingensem transferimus, teque ipsi Frisingensi Ecclesie in Episcopum proficimus et Pastorem, curam et administrationem ipsius tam in spiritualibus quam in temporalibus plenarie committendo, liberamque tibi dando licentiam, ad dictam Frisingensem Ecclesiam transeundi, summa concepta fiducia, quod per te, qui dictam Bambergensem Ecclesiam salubriter et utiliter dinosceris gubernasse, dirigente Domino actus tuos, prefata Frisingensis Ecclesia multiplicia honoris et commodi suscipiet incrementa.

Quocirca Fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus ad dictam Ecclesiam Frisingensem cum gratia nostre benedictionis accedens geras solerter et fideliter curam eius, et in ipsius ampliandis honoribus et profectibus procurandis sic te reddas sine intermissione solícitum, gregem Dominicum in illa vigilantie tue commissum doctrina verbi et operis informando, ut exinde apud remotos et proximos tua fama clareat per effectum, et in delectationem nobis veniat, te oportuno tempore gratiose prosequi, et desideriis tuis favorem benevolum impartiri.

Dat. Avenione X. Kal. Januarii, Pontificatus nostri Anno VIII.

In eodem modo: Dilectis filiis Capitulo Ecclesie Frisingensis salutem etc.

*Romani Pontificis etc. usque suscipiet incrementa.* Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus eidem Episcopo tanquam Patri et Pastori animarum vestrarum plene ac humiliter intendentes, et exhibentes ei obedientiam et reverentiam debitam et devotam, eius salubria monita et mandata suscipiatis devote ac efficaciter adimplere curetis. Alioquin sententiam, quam idem Episcopus rite tulerit in rebelles, ratam habebimus, et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari.

Dat. ut supra <sup>6)</sup>).

In eodem modo: Dilectis filiis Clero Civitatis et Diocesis Frisingensis salutem etc.

*Romani Pontificis etc. usque suscipiet incrementa.* Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus eidem Episcopo tanquam Patri et Pastori etc., *ut supra proxima usque in finem.*

In eodem modo: Dilectis filiis Populo Civitatis et Diocesis Frisingensis salutem etc.

*Romani Pontificis etc. usque suscipiet incrementa.* Quocirca Universitatem vestram rogamus, monemus et hortamur attente, per apostolica vobis scripta mandantes, quatenus eundem Episcopum tanquam Patrem et Pastorem animarum vestrarum devote suscipientes et honorificentia debita prosequentes, ipsius monitis et mandatis salubribus humiliter intendatis, ita quod ipse in vobis devotionis filios invenisse letetur, vosque in eo Patrem habeatis assidue gratiosum.

Dat. ut supra.

In eodem modo: Dilectis filiis universis Vasallis Ecclesie Frisingensis salutem etc.

*Romani Pontificis etc. usque suscipiet incrementa.* Quocirca Universitati vestre per apostolica scripta manda-

---

<sup>6)</sup> Das Domcapitel hat dieser päpstlichen Ermahnung keine Folge geleistet, sondern dem Bischof Johann, so wie seinem (gleichfalls vom Papste gesetzten) Nachfolger Conrad IV. den Ludwig Chamstein entgegengesetzt, welcher sich auch als Bischof von Freising behauptete.

mus, quatenus eundem Episcopum debita honorificentia prosequentes, et fidelitatem solitam et consueta servitia et jura sibi a vobis debita exhibere sibi integre studeatis; alioquin sententias sive penas, quas idem Episcopus propter hoc rite tulerit seu statuerit in rebelles, ratas habebimus, et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari.

Dat. ut supra.

In eodem modo: Venerabili Fratri . . . Archiepiscopo Salzeburgensi salutem etc.

Ad cumulum tue cedit salutis et fame, si personas Ecclesiasticas, presertim pontificali prebitas dignitate, divine propitiationis intuitu oportuni presidii et favoris gratia prosequeris. *Dudum siquidem* etc. usque *suscipiet incrementa*. Cum igitur, (*ut*) idem Episcopus in commisso sibi eiusdem Ecclesie Frisingensis regimine facilius proficere valeat, tuus favor sibi esse noscatur plurimum opportunus, fraternitatem tuam rogamus et hortamur attente, per apostolica tibi scripta mandantes, quatenus predictos Episcopum et Ecclesiam Frisingensem pro nostra et apostolice sedis reverentia habens propensius commendatos in ampliandis et conservandis juribus suis, sic eundem Episcopum tui favoris presidio prosequaris, quod ipse tuo fultus auxilio commissum sibi Ecclesie predictae regimen possit utilius exercere, tuque proinde divinam misericordiam et benevolentiam dicte sedis uberius valeas promereri.

Dat. ut supra.

9.

Papst Johann XXII. verleiht das Bisthum Freysing dem ernannten Bischof von Brixen, Conrad von Klingenberg.

5. Jul. 1324.

(Ex Regesto litterarum Johannis XXII. An. VIII. Part. II. Ep. 1437.)

Johannes Episcopus servus servorum Dei.

Dilecto filio Conrado <sup>1)</sup> Electo Frisingensi salutem et apostolicam benedictionem.

<sup>1)</sup> Conrad IV. (von Klingenberg) ist in der Reihenfolge der Bischöfe Freysings der drey und dreyßigste. Einige Jahre nach der Versetzung

Romani Pontificis, quem Pastor ille coelestis et Episcopus animarum potestatis sibi plenitudine tradita Ecclesiis praetulit universis, plena vigiliis sollicitudo requirit, ut ipse circa cuiuslibet statum Ecclesiae sic vigilanter intendat, sic prospiciat diligenter, ut per eius circumspectam providentiam et circumspectionem providam nunc per simplicis provisionis officium, nunc per ministerium translationis accommodae, prout locorum et temporum qualitas exigit, Ecclesiis Pastor accedat ydoneus, et Rector providus deputetur, sicque Ecclesiae ipsae superni favoris auxilio suffragante votivae prosperitatis successibus gratulentur.

Dudum siquidem Frisingensi Ecclesia per obitum bonae memoriae Johannis Episcopi Frisingensis, qui in partibus illis diem clausit extremum, Pastoris solatio destituta, Nos vacatione huiusmodi fide dignis relatibus intellecta, cupientes, regimini eiusdem Ecclesiae personam utilem per nostrae sollicitudinis studium praesidere, provisionem ipsius Ecclesiae ea vice dispositioni nostrae ac sedis apostolicae duximus specialiter reservandam, decernentes ex tunc irritum et inane, si secus super hiis per quoscunque scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Postea vero ad provisionem ipsius Ecclesiae, ne prolixè vacationis exponeretur incommodis, cepimus intendere diligenter et post deliberationem, quam ad deputandum eidem Ecclesiae personam utilem et etiam fructuosam, cujus industria probitatis dicta Ecclesia in suis valeret juribus adaugeri ac etiam defen-

---

des Bischofs Johann Wulfing von Brixen nach Bamberg hatte ihn der Paps (1322) zum Bischof von Brixen ernannt. Dort gelangte er aber nicht zur Ausübung der bischöflichen Gewalt, da das Capitel an dem von ihm gewählten Albert von Enna (sich eben S. 27) festhielt. Als Bischof von Freysing fand er (ein Günstling des Paps), während das Capitel dem Kaiser Ludwig anhieng), gleichfalls großen Widerstand und hielt sich daher immer in Oesterreich auf, wo er auch den 8. April 1340 starb und seine Grabstätte in der Kirche des Cistercienserklosters Lilienfeld fand. Vgl. Beytr. I. 19, 50, 80, 134 und 183, Sinnachers Gesch. des Bisths. Brixen V. 114 und Chrysost. Hanthaller recensio diplomatico-genealogicus archivii Campiliensis (Viennae 1802) Tom. II. p. 394 et 395.

sari, cum fratribus nostris habuimus diligentem, tandem attendentes tuarum multiplicium virtutum merita, quibus personam tuam Dominus decoravit, cum nullus praeter Nos post reservationem huiusmodi de ordinatione ipsius Ecclesiae Frisingensis se intromittere potuerit, reservatione nostra huiusmodi obsistente, in te, Electum Brixinensem, quem Nos Ecclesiae Brixinensi tunc vacanti auctoritate apostolica in Episcopum praefecimus et Pastorem, convertimus aciem nostre mentis. Intendentes quoque, tam gregi Dominico quam praedictae Frisingensi Ecclesiae salubriter providere, te a vinculo, quo Brixinensi Ecclesiae tenebaris, de dictorum fratrum consilio et apostolicae potestatis plenitudine absolventes, te ad praedictam Ecclesiam Frisingensem transferimus, teque ipsi Frisingensi Ecclesiae praeficimus in Episcopum et Pastorem, tibi curam et administrationem eiusdem Frisingensis Ecclesiae in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, tibi que liberam tribuendo licentiam, ad eandem Frisingensem Ecclesiam transeundi; firma spe fiduciaque conceptis, quod praefata Frisingensis Ecclesia, tibi coelesti gratia suffragante, per tuam providae circumspectionis industriam et providentiam circumspectam defensabitur a noxiis et praeservabitur ab adversis, ac in eisdem spiritualibus et temporalibus auctore Domino proficiet incrementis. Quocirca discretioni tuae per apostolica scripta mandamus, quatenus impositum tibi onus a Domino suscipiens reverenter, curam et administrationem praedictas sic diligenter exerccas et sollicite prosequaris, gregem praefatum doctrina verbi et operis informando, quod ipsa Frisingensis Ecclesia gubernatori provideo ac fructuoso administratori gaudeat se commissam, tuque laudabili de grege ipso reddita in die districti examinis ratione regnum Patris aeterni, electis suis a mundi origine praeparatum, accipere merearis, et gregem eundem ad uberioris meriti fructum et retributionis maioris cumulum introduces.

Datum Avinione tertio Nonas Julii, Pontificatus nostri anno octavo.

In eundem modum: Dilectis filiis Capitulo Ecclesiae Frisingensis salutem.

*Romani Pontificis* etc. usque *proficiet incrementis.*

Quocirca discretioni vestrae per apostolica scripta mandamus, quatenus eidem Electo tamquam Patri et Pastori animarum vestrarum humiliter intendentes et exhibentes ei obedientiam et reverentiam debitam et devotam, ejus salubria monita et mandata suscipiatis devote ac efficaciter adimplere curetis. Alioquin sententiam, quam idem Electus rite tulerit in rebelles, ratam habebimus et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari.

Datum ut supra.

In eundem modum: Dilectis filiis Clero civitatis et dioecesis Frisingensis.

*Romani Pontificis* etc. usque *proficiet incrementis*. Quocirca discretioni vestrae etc. *ut in proxima superiori usque in finem*.

Datum ut supra.

In eundem modum: Dilectis filiis populo civitatis et dioecesis Frisingensis etc.

*Romani Pontificis* etc. usque *proficiet incrementis*. Quocirca Universitatem vestram rogamus, monemus et hortamur attente, per apostolica vobis scripta mandantes, quatenus eundem Electum tamquam Patrem et Pastorem animarum vestrarum devote suscipientes ac debita honorificentia prosequentes eius monitis et mandatis salubribus intendatis ita, quod ipse in vobis devotionis filios ac vos per consequens in eo Patrem invenisse benivolum gaudeatis.

Datum ut supra.

In eundem modum: Venerabili fratri . . . . . Archiepiscopo Salzeburgensi salutem etc.

Ad cumulum tuae cedit salutis et famae, si personas ecclesiasticas, praesertim pontificali dignitate praeditas, Divinae propitiationis intuitu oportuni favoris ac praesidii gratia prosequaris. *Dudum siquidem Frisingensi Ecclesia* etc. usque *proficiet incrementis*. Quocirca fraternitatem tuam rogamus, monemus et hortamur attente, per apostolica tibi scripta mandantes, quatenus eundem Electum, tuum Suffraganeum, et Ecclesiam sibi commissam habens pro nostra et apostolice Sedis reverentia propensius commendatum, ipsumque Electum suscipiens in visceribus charitatis, in am-

plian dis et conservandis suis et ejusdem Ecclesiae sibi commissae juribus sic eum tui favoris praesidio prosequaris, quod ipse per tuae auxilium gratiae se possit in commisso ejusdem Frisingensis Ecclesiae regimine utilius exercere tuque Divinam misericordiam et ejusdem Sedis benevolentiam valeas exinde uberius promereri.

Datum ut supra \*).

## 10.

Papst Johann XXII. zeigt dem Erzbischof von Salzburg die Ernennung des Bischofes Conrad von Freysing mit dem Auftrage an, das Domcapitel in Freysing nicht zur Wahl eines andern Bischofes schreiten zu lassen.

10. Aug. 1324.

(Ex Regesto An. VIII. litt. secret. Joh. PP. XXII. Tom. IV. Ep. 891.)

Johannes Episcopus servus servorum Dei.

Venerabili fratri . . . Archiepiscopo Salzeburgensi salutem et apostolicam benedictionem.

Fraternitatem tuam nolumus ignorare, quod dudum Ecclesia Frisingensi per sui Præsulis obitum Pastore vacante, illam provisioni et dispositioni nostre ac apostolice Sedi duximus reservandam. Cumque ratione reservationis huiusmodi nullus preter Nos de ipsa Ecclesia providere posset seu disponere, Nosque propterea dilectum filium Conradum, olim Brixinensem Electum, a vinculo, quo tenebatur Brixinensi Ecclesie, absolventes, eum ad ipsam Frisingensem Ecclesiam providerimus transferendum, et audiverimus postea, quod dilecti filii Capitulum eiusdem Ecclesie Frisingensis de electione seu postulatione sui Pastoris alterius tam impertinenter quam inutiliter moliti sunt agere seu etiam moliuntur, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus statim omni mora sublata reservationem et provisionem vestras (*nostras?*) huiusmodi per te

---

\*) Von dieser Bulle sind dem Bischof Ludwig Joseph aus Rom zwey gleichlautende Abschriften zugesendet worden, deren eine er mit Nr. 7, die andere mit Nr. 13 bezeichnete.



vel alium prefatis Capitulo per tuas litteras, harum seriem continentes, in testimonio publico studeas nunciare, proviso etiam, quod ad confirmationem alicuius, quem per ipsos capitulum ad dictam Ecclesiam taliter eligi vel postulari contingerit, de facto, cum de jure nequeas, procedere non attemptes, significaturus nihilominus Nobis per tuas litteras, quicquid super hiis duxeris faciendum.

Datum Avenione 4. Idus Augusti, Pontificatus nostri Anno VIII.

## 11.

Papst Johann XXII. überträgt dem Bischof Conrad IV. von Freysing den Vollzug der Bulle wegen der Vereinigung der Pfarreyen Dstrach, Burgwiler u. Schambach mit dem Kloster Salmannsweiler.

1. Sept. 1324.

(Ex Regesto litterarum Johannis PP. XXII. An. VIII. Par. II. Ep. 1776)

Johannes Episcopus servus servorum Dei.

Dilecto filio Conrado Electo Frisingensi salutem et apostolicam benedictionem.

Illorum libenter votis apostolicæ Sedis gratiosa benignitas adesse consuevit propitia, qui circa Divini cultus augmentum et opera pietatis intenti mundanis illecebris abdicatis se religionis observantiis dedicarunt, ut quanto potius fuerint per ejusdem Sedis suffragium in eorum necessitatibus curis abjectis saecularibus relevati, tanto devotius hujusmodi cultui et operibus inherendo studeant Altissimo liberis et quietis mentibus impendere pensum laudis.

Sane dudum dilecti filii... Abbatis Monasterii in Salem Cisterciensis ordinis, Constantiensis Dioecesis, Nobis oblata petitio continebat, quod Monasterium ipsum, in quo regularis observantia, cultus divinus, hospitalitas et multarum eleemosinarum largitiones et alia diversa pietatis opera exerceri fuerant ab hactenus laudabiliter consueta, adeo propter guerrarum discrimina in illis partibus per octo annos quasi continuos, peccatis exigentibus ingruentium, erat in possessionibus, redditibus et aliis bonis et juribus diminutum, quod ducentae et octuaginta personae, inter quas fere nonaginta et unus presbyteri dicebantur, quae ibidem

remanserant, nequibant secundum eorum status decentiam commode sustentari. Quare dictus Abbas Nobis humiliter supplicavit, quod parrochiales de Phullingen et de Ostrach ac de Burgwiler Ecclesias ejusdem dioecesis, in quibus dictum Monasterium jus patronatus dicebatur habere, cum Cappellis annexis eidem ac omnibus juribus et pertinentiis suis, quarum fructus, redditus et proventus octuaginta marcharum argenti secundum taxationem antiquae decimae valorem annum minime excedebant, eidem Monasterio pro ejusdem cultus augmento et aliis piis operibus exercendis unire et incorporare de benignitate apostolica dignaremur. Nos vero de praemissis notitiam non habentes, ac volentes super hiis plenarie informari, venerabili fratri nostro . . . . . Episcopo Argentinensi dedimus per nostras certi tenoris litteras in mandatis, ut de praedictis omnibus et singulis se informans, quicquid super hiis inveniret, Nobis referre curaret. Et quia postmodum idem Episcopus inquisita super hiis diligentius veritate Nobis de praemissis omnibus et singulis, praeterquam de dicta Ecclesia in Phuligen, de qua videlicet, an jus patronatus idem Monasterium in ea obtineat, nequivit plenarie inveniri, per suas fecit patentes litteras plenam fidem, fuit Nobis pro parte dicti Abbatis et dilectorum filiorum conventus ejusdem Monasterii humiliter supplicatum, ut praedictas duas Ecclesias, scilicet de Ostrach et de Burgwiler, nec non locus (*locum*) ejusdem Ecclesiae in Phuligen, cujus fructus, redditus et proventus XXXV. marcharum argenti secundum taxationem decimae valorem annum non excedunt, parrochiam de Schambach ejusdem dioecesis, cujus fructus, redditus et proventus viginti marcharum argenti secundum eandem taxationem valorem hujusmodi non excedunt, in qua etiam dictum Monasterium jus obtinet, ut asseritur, patronatus, cum Cappella eis annexis ac omnibus juribus et pertinentiis earundem eidem Monasterio annectere et unire de benignitate apostolica dignaremur.

Nos igitur ad ipsius cultus augmentum et praemissa pietatis opera exercenda volentes eorundem Abbatis et conventus ipsius Monasterii ac personarum in ipso degentium necessitatibus per apostolicae Sedis cooperationis mi-

nisterium subvenire, hujusmodi supplicationibus inclinati, discretioni tuae, de qua fiduciam gerimus in Domino specialem, per apostolica scripta committimus et mandamus, quatenus, si tibi constiterit, quod dictum Monasterium in eadem Ecclesia de Schambach jus habeat, ut praemittitur, patronatus, fructusque, redditus et proventus ejus viginti marcharum argenti valorem eundem non excedant, praefatas de Ostrach et de Burgwiler, ac ipsam de Scambach Ecclesias cum praedictis Cappellis annexis ac omnibus juribus et pertinentiis ipsarum eidem Monasterio auctoritate apostolica unire, annectere et incorporare procures, ita quod post unionem et annexionem et incorporationem hujusmodi liceat eisdem Abbati et conventui, cedentibus vel decedentibus Rectoribus ipsarum de Ostrach, de Burgwiler ac de Scambach Ecclesiarum, vel eis alias quocunque modo vacantibus, auctoritate propria, Dioecesani loci vel cujusvis alterius assensu et licentia minime requisitis, per se vel alium seu alios ipsarum Ecclesiarum corporalem possessionem apprehendere et illas propter praemissa in usus proprios retinere, reservatis de earundem Ecclesiarum redditibus et proventibus pro vicariis perpetuis Domino servituris, instituendis canonice in eisdem, congruis portionibus, ex quibus commode sustentari valeant, episcopalia jura solvere et alia sibi incumbentia onera supportare. Non obstantibus, si aliqui super provisionibus sibi faciendis de parrochialibus Ecclesiis vel aliis Beneficiis ecclesiasticis in illis partibus speciales vel generales apostolicae Sedis vel Legatorum ejus litteras impetrarint, etiamsi per eas ad inhibitionem, reservationem et decretum vel alias quomodolibet sit processum, quas litteras et processus, earum auctoritate habitos, ad dictas Ecclesias volumus non extendi, sed nullum per hoc eis, quoad assecutionem aliarum Ecclesiarum et Beneficiorum ecclesiasticorum praejudicium generari. Seu quibusvis litteris et indulgentiis apostolicis generalibus vel specialibus quorumcunque tenorum existant, per quae effectus praesentium impediri valeat quomodolibet vel differri, et de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Contra dictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita

compescendo. Datum Avinione Kalendis Septembris, Pontificatus nostri anno octavo.

## 12.

Papst Johann XXII. ertheilt dem Bischof Conrad von Freysing die Bewilligung, sich von einem beliebigen Bischof consecriren zu lassen.

17. Sept. 1324.

(Ex Regesto secretorum Johannis PP. XXII. An. IX. Tom. V. Ep. 928.)

Johannes Episcopus servus servorum Dei.

Dilecto filio Conrado Electo Frisingensi salutem et apostolicam benedictionem.

Cum nuper te, tunc Electum Brixinensem, a vinculo quo tenebaris Ecclesiae Brixinensi, cui praeras, de apostolicae potestatis plenitudine absolventes ad Ecclesiam Frisingensem, tunc Pastore carentem, de fratrum nostrorum consilio duxerimus transferendum, praeficiendo te ipsi Ecclesie Frisingensi in Episcopum et Pastorem, Nos tuis et Ecclesiae tuae praedictae Frisingensis volentes oportunitatibus providere, tuis supplicationibus inclinati, ut unus, quem malueris, Antistes catholicus, gratiam et communionem apostolicae Sedis habens, ascitis et in hoc sibi assistentibus duobus vel tribus Episcopis, similem gratiam et communionem habentibus, nostra fretus auctoritate munus consecrationis tibi possit impendere, tuque illud recipere valeas ab eodem, liberam dicto Antistiti et tibi concedimus tenore praesentium facultatem. Volumus autem, quod idem Antistes, postquam tibi praedictum munus impenderit, a te nostro et Ecclesiae Romanae nomine recipiat fidelitatis debitae juramentum juxta formam, quam tibi sub Bulla nostra mittimus interclusam, et formam hujusmodi juramenti, quod tu praestabis, de verbo ad verbum per tuas patentes litteras tuo sigillo signatas per proprium Nuncium Nobis destinare procuret.

Datum Avinione decimo quinto Kalendas Octobris, Pontificatus nostri anno nono.

## 13.

Papst Johann XXII. antwortet dem König Carl IV. (dem Schönen) von Frankreich auf seine Entschuldigung eines Grafen von Jülich wegen Eingriffen in die Rechte des Hochstifts Freysing.

18. März 1325.

(Ex Regesto secretorum Johannis PP. XXII. An. IX. Tom. V. Ep. 80.)

Johannes Episcopus servus servorum Dei.

Carissimo in Christo filio Carolo Regi Franciae et Navarrae Illustri salutem et apostolicam benedictionem.

Benigne receptis litteris Regiis, per quas dilectum filium nobilem virum Comitem Juliacensem<sup>1)</sup> super occupatione Ecclesiae Frisingensis providentia Regalis excusans, ut duobus consanguineis et uni Clerico ipsius Comitis providere de certis Beneficiis dignaremur, quodque quibusdam permutationibus seu cessionibus, ut verbis utamur Regiis, inter certos Praelatos Alamanniae prolocutis, nostrum vellemus impertiri assensum, absque conscientia Regia nos rogavit, tuae Celsitudini breviter respondemus, quod dictum Comitem habemus super hiis excusatum. Intendentes dictis consanguineis et Clerico providere, prout secundum Deum expedire videbimus, loco et tempore oportunis. Caeterum de permutationibus seu cessionibus praedictis alias loqui non audivimus, nec credimus, quod Praelati praedicti ad easdem intendant, immo de intentione quorundam ex ipsis contrarie credimus esse certi.

Datum Avinione decimo quinto Kalendas Aprilis, Pontificatus nostri anno nono.

## 14.

Papst Johann XXII. empfiehlt den Bischof Conrad von Freysing der Gewogenheit und die Güter der freysingischen Kirche dem Schutze des Herzogs Heinrich von Kärnten.

30. May 1325.

(Ex Regesto secretorum Johannis PP. XXII. An. IX. Tom. V. Ep. 391.)

Johannes Episcopus servus servorum Dei.

Dilecto filio nobili viro Henrico Duci Carinthiae salutem et apostolicam benedictionem.

<sup>1)</sup> Sollte hier der nachmalige Dompropst von Freysing, Leutold, Graf von Schaumberg und Sulzbach gemeint seyn?

Dilectum filium Conradum Electum et Ecclesiam Frisingensem tuae Magnificentiae affectu quo possumus commendantes, illam attentius deprecamur, quatenus in castris et possessionibus ejusdem Frisingensis Ecclesiae, sub tuo dominio consistentibus, praefatum Electum ac gentes et ministros suos ab omni inquietatione et indebita molestatione defendens, castrorum ipsorum Castellanos ad restituendum et dimittendum in pace memorato Electo vel aliis ejus nomine castra ipsa pro Divina ac nostra et apostolicae Sedis reverentia velis efficaciter inducere, et circa hoc efficacem operam taliter adhibere, quod proinde Deo fias acceptior, et Nos debeamus tuae devotionis promptitudinem cum gratiarum actionibus uberibus propter hoc merito commendare.

Datum Avinione secundo Kalendas Junii, Pontificatus nostri anno nono.

15.

Papst Johann XXII. ermahnt den Herzog Leopold von Oesterreich, dem Bischof Conrad von Freysing in dem Genusse seiner oesterreichischen Hochstiftsgüter kein Hinderniß zu legen, und gibt dem Bischof Conrad hievon Nachricht.

17. Sept. 1325.

(Ex Regesto secretorum Johannis PP. XXII. An. X. Tom. V. Ep. 1455 et 1456.)

a.

Johannes Episcopus servus servorum Dei.

Dilecto filio Leopoldo Duci Austriae et Sciriae salutem et apostolicam benedictionem.

Insinuatione dilecti filii Conradi Electi Frisingensis percepimus admiranter, quod tu fili et fratres tui quibusdam Castellanis castrorum et locorum ejusdem Electi et Ecclesie Frisingensis sub dominio vestro consistentium inhibuistis de novo, ne de castris et locis eisdem se per dictum Electum permitterent amoveri, nec sibi respondereri de redditibus et proventibus castrorum et locorum ipsorum absque vestra scientia et licentia speciali. Sane fili, cum haec, si vera sint, Deo displiceant et obviant rationi, ac in eorundem Electi et Ecclesiae praejudicium redundare noscantur,

Nobilitatem tuam rogamus et hortamur attentius, quatinus eandem inhibitionem relaxans memoratos Electum et Ecclesiam pro Divina et apostolicae Sedis reverentia super hiis et aliis favorabiliter prosequaris. Nos enim volumus et eidem Electro per alias nostras litteras scribimus, ut tibi, quantum honeste poterit, adhaereat et assistat.

Datum Avinione decimo quinto Kalendas Octobris, Pontificatus nostri anno decimo.

b.

Johannes Episcopus servus servorum Dei.

Dilecto filio Conrado Electro Frisingensi salutem et apostolicam benedictionem.

Litteras tuas solita benignitate recepimus et earum seriem intelleximus diligenter. Et ecce, quod dilecto filio magnifico viro Lupoldo, Duci Austriae et Sciriae, scribimus, ipsum attentius deprecando, ut inhibitionem per ipsum et alios Duces Austriae contra te et Ecclesiam tuam factam, ut praedictae litterae continebant, relaxans, te et ipsam Ecclesiam super hiis et aliis pro nostra et apostolicae Sedis reverentia favorabiliter prosequatur. Tu vero fili eidem Lupoldo, quantum honeste poteris, ut eum invenias propitium, adhaereas et assistas, rescripturus Nobis, quae digna relatu tibi de illis partibus occurrerint rescribenda.

Datum ut supra.

16.

Papst Johann XXII. fordert den Bischof Conrad von Freysing auf, den von ihm dem Hochstifte Brixen zugefügten Schaden zu ersetzen und gibt dem Bischof Albert von Brixen hievon Nachricht.

13. Sept. 1327.

(Ex Regesto An. XII. litterarum secret. Johannis PP. XXII. Tom. VI. Ep. 1718 et 1719.)

a.

Johannes Episcopus servus servorum Dei.

Venerabili fratri Conrado Episcopo Frisingensi salutem et apostolicam benedictionem.

Nuper ad nostram pervenit audientiam, quod tu frater, olim Ecclesie presidens Brixinensi, de bonis mobilibus et immobilibus suis indebite quedam vendidisti, subripuisti quam plura et aliqua etiam distraxisti, nonnullos fructus preterea possessionum seu bonorum huiusmodi pignori diceris obligasse, unde venerabilis frater noster Albertus Brixinensis Episcopus, tuus in Ecclesia prelibata successor, sic defalcata eandem Ecclesiam, suis bonis et facultatibus pristinis diminutam, quod debitum per te dudum pro ipsa Ecclesia nostre camere commune servitium jam exolvit <sup>1)</sup>).

Quia vero hec, si vera sint, sine offensa Dei atque justitie lesione, fame, quin potius anime tue periculo non existunt, fraternitatem tuam rogamus et hortamur attente, tibi nichilominus sano consilio suadentes, quatenus premisis in debitam considerationem deductis taliter dictam Ecclesiam super hiis studeas servare indemnam, quod per nos non oporteat adhiberi remedium, sed te potius reputemus prope dignis in Domino laudibus commendandum.

Datum Avinione Idibus Septembris, Pontificatus nostri Anno XII.

b.

Johannes Episcopus servus servorum Dei.

Venerabili fratri Alberto Episcopo Brixinensi salutem et apostolicam benedictionem.

Super quamplurium mole gravaminum et gravi pariter illatione dampnorum, quibus venerabilem fratrem nostrum Conradum Frisingensem Episcopum precessorem tuum summisisse diciis Ecclesiam, pagina tue petitionis inspecta super hiis eidem compacientes Ecclesie, ut ab illis indemnam dictus Episcopus eam servet, nostras ecce sibi dirigimus litteras, quas tibi, frater, mandavimus assignandas. Et quia cordi gerimus oportune super hoc executionis effectum, huiusmodi litteras diligenter et sollicite dicto Episcopo facias presentari, redditurus nos de responsione ipsius sub manu publica, si fieri poterit, certiores.

Dat. ut supra.

<sup>1)</sup> Wie an mehreren anderen Stellen, so scheint auch hier der Text dieser Päpstlichen Urkunden-Sammlung aus Schuld des Abschreibers ungenau zu seyn.



Papst Johann XXII. setzt den Bischof Conrad von Freysing in Kenntniß, daß er die Herzoge Leopold und Otto von Oesterreich neuerdings ermahnt habe, ihm die dortigen Güter des Bisthums Freysing einzuräumen.

21. Apr. 1330.

(Ex Regesto An. XIV. litterarum secret. Johannis PP. XXII. § Tom. VI. Ep. 1939, 1940 et 1941.)

a.

Johannes Episcopus servus servorum Dei.

Venerabili fratri Conrado Episcopo Frisingensi salutem et apostolicam benedictionem.

Benigne receptis fraternitatis tue litteris, et contentis in eis plenius intellectis, tuam super insinuatibus per eas diligentiam multipliciter in Domino commendamus, eandem fraternitatem tuam attentius exhortantes, quatinus ea, que tibi de partibus illis insinuanda occurrerint, nobis nunciare, quociens oportunum cognoveris, non postponas, devotos nostros et Ecclesie Romane in devotione confortando et etiam fovendo, et indevotos ad fidem et devotionem eiusdem Ecclesie viis et modis, quibus melius et commodius poteris, reducendo, et ecce, frater, quod tibi super tuis et Ecclesie tue oppressionibus, in eisdem tuis expressis litteris, paterno compacientes affectu dilectis filiis nobilibus viris Alberto et Ottoni Ducibus Austrie per litteras nostras scribimus juxta formam, quam cedula continet presentibus interclusa.

Datum Avinione XI. Kalendas Maii, Pontificatus nostri Anno XIV.

b.

Alberto Duci Austriæ.

Insinuatione venerabilis fratris nostri Conradi Episcopi Frisingensis nuper accepimus, quod nulla (*nonnulla?*) castra et bona alia, que in terris tuis consistentia ad eundem Episcopum et Ecclesiam Frisingensem pertinent, per te, fili, vel gentes tuas detinentur in eorundem Episcopi et Ecclesie manifestum prejudicium occupata. Sane cum tue saluti

et honori expediat, ut Prelatos et personas ecclesiasticas in suis bonis et juribus, in tuis districtibus consistentibus, manuteneas et conserves, ipsos ab injuriis et oppressionibus indebitis defendendo, Nobilitatem tuam rogamus et in Domino attentius exhortamur, quatenus memoratos Episcopum et Ecclesiam Frisingensem habens pro nostra et apostolice Sedis reverentia propensius commendatos, eis castra et bona predicta restitui facias ac etiam expediri, permissurus, prelibatum Episcopum castrorum et honorum ipsorum plena et pacifica possessione gaudere.

Dat. ut supra.

c.

Ottoni Duci Austrie.

Venerabilem fratrem nostrum Conradum Episcopum Frisingensem, quem velut nobis et Ecclesie Romane fidelem favore benigno prosequimur, tue Nobilitatis benevolentie, ut ipsum suamque Frisingensem Ecclesiam prosequaris opportunis favoribus, propensius commendamus.

Dat. ut supra.

18.

Des Papstes Johann XXII. wiederholte Empfehlung des Bischofs Conrad von Freysing an den Herzog Albert von Oesterreich.

6. May 1332.

(Ex Regesto An. XVI. litterarum secret. Johannis PP. XXII. Tom. VIII. Ep. 1345.)

Johannes Episcopus servus servorum Dei.

Dilecto filio nobili viro Alberto Duci Austriae salutem et apostolicam benedictionem.

Cum venerabili fratri nostro Conrado Episcopo Frisingensi favor tuus noscatur plurimum opportunus, Nobilitatem tuam rogamus et in Domino attentius exhortamur, quatenus eundem Episcopum sibi commissam Ecclesiam habens propensius commendatos, ipsum in suis juribus manuteneare et defendere studeas, sibi in hiis assistere auxiliis opportunis. In hoc enim gratum Deo exhibebis obsequium, et preter retributionis eterne premium, quod inde tibi acqui-

res, nostram et apostolice Sedis benedictionem et gratiam mereberis in tuis oportunitatibus amplioem.

Dat. 2do Non. Maii, Pontificatus nostri anno XVI.

## 19.

Papst Benedict XII. beauftragt den Erzbischof von Salzburg, den Bischof Conrad von Freysing gegen den dortigen Dompropst Leutold und dessen Anhänger in Schutz zu nehmen.

10. Dec. 1337.

(Ex Regesto litterarum Benedicti PP. XII. anni III. Part. I. Ep. 388.)

Benedictus <sup>1)</sup> Episcopus servus servorum Dei.

Venerabili fratri . . . Archiepiscopo Salzeburgensi <sup>2)</sup> salutem et apostolicam benedictionem.

Cotidiana instantia Nos admonet ac inducit, debitumque officii nostri requirit, ut cunctis implorantibus justitiae plenitudinem impendamus. Ex tenore siquidem querulosae petitionis venerabilis fratris nostri Conradi Episcopi Frisingensis nobis porrectae percepimus, quod Lentoldus <sup>3)</sup>, Prae-

<sup>1)</sup> Benedict XII. wurde den 20. Dec. 1334 zum Papste gewählt, und den 8. Januar 1335 gekrönt. Er starb den 25. Apr. 1342.

<sup>2)</sup> Erzbischof in Salzburg war damals noch Friedrich III., welcher erst im Monate März oder April des Jahres 1338 mit Tod abging. Vgl. diese Beytr. I. 249.

<sup>3)</sup> Leutold oder Luitold (nicht Lentold), ein Graf von Schaumburg und Sulzbach, wurde im Jahre 1320 Domherr, im Jahre 1336 Dompropst in Freysing und starb im Jahre 1355. Ueber das Jahr, in welchem er von dem Freysinger-Domcapitel zum Bischof gewählt worden ist, sind die Angaben verschieden. Heckenstaller sagt in seiner dissert. de ecclesia cathedrali frisingensi pag. 41, sie sey im Jahre 1337, pag. 31 aber, sie sey im Jahre 1342 erfolgt. Bischof Johann Franz v. Egkher behauptet in seinem handschriftlich hinterlassenen alphabetischen Verzeichnisse der freysingischen Domherrn, es sey diese Wahl am 6. April 1337 vorgenommen, vom Papste aber nicht bestätigt, sondern das Bisthum Freysing dem Bischofe Johann (Westerhold) von Verden verliehen worden. Diese letztere Verleihung geschah aber erst unter dem 10. Oct. 1341, wie die nachfolgende Päpstliche Urkunde Nr. 22 beweiset. Ludwig von Chamstein, den das Capitel nach dem Tode des Bischofs Conrad III. im Jahre 1322

positus Ecclesiae Frisingensis, regens Comitatum de Schawenberg, maligno imbutus spiritu et flatu elationis erectus, Episcopum et Ecclesiam praefatos, fultus praesidio Ludowici de Bawaria, per sanctam Ecclesiam dampnati, cui adhaesit hactenus et adhaeret, more hostili pridem persecutus extitit et persequi non desistit, castra, bona et jura ipsius Ecclesiae sola temeritate propria per violentiam occupando in Episcopi et Ecclesiae praedictorum magnum praejudicium et gravamen. Inter caetera videlicet civitatem Frisingensem et castrum ejusdem ac insuper Werdenuels et Otensburg et Erchingen <sup>4)</sup>, castra spectantia una cum aliis quam pluribus castris, villis, possessionibus et

---

zum Bischof gewählt hatte, ging erst zu Anfang des Jahres 1342 mit Tod ab. Es ist auffallend, daß desselben in der gegenwärtigen Urkunde vom Jahre 1337 keine Erwähnung geschieht, sondern bloß Leutold als Usurpator der bischöflichen Gewalt angegriffen wird, so daß man zu der Vermuthung geführt werden könnte, Ludwig habe die Administration des Bisthums vor seinem Tode niedergelegt und so dem Capitel zu einer neuen Wahl Veranlassung gegeben. Allein einer solchen Annahme steht wieder entgegen, daß ihn eine Urkunde vom Jahre 1341, so wie seine Grabschrift im Dom zu Freysing einfach Episcopum electum (ohne den Beysatz quondam) nennen und daß Leutold von Schaumburg als erwählter Bischof in Urkunden nicht vor dem Jahre 1343 auftritt. Wohl aber war er vermuthlich schon früher Kanzler des Kaisers Ludwig und mußte durch dieses Dienstverhältniß das Mißfallen des Päpstlichen Stuhles sich zuziehen.

Zur Vornahme einer neuen Bischofswahl im Jahre 1342, (welches als das richtigere angenommen werden muß), konnte sich das Domecapitel in Freysing jedenfalls nicht, wie v. Hertenstaller meynet, durch das Ableben des Bischofs Conrad IV. von Klingenberg, welches schon im Jahre 1340 (nach gewöhnlicher Annahme gar schon im Jahre 1337) erfolgt war, sondern nur durch den Tod des Ludwig von Chamstein bestimmt fühlen, wenn dieser sein Amt bis zu seinem Lebensende fortgeführt hat. — Auch die unter Ziffer 23 nachfolgende Urkunde besagt, das Domecapitel habe zuerst den Ludwig von Chamstein et deinde „*ipso sublato de medio*“ den Leutold von Schaumburg zum Bischof gewählt.

4) Ottenburg und Erching waren bischöflich = freysingische Schlösser, ersteres zwischen Fürholzen und Haimhausen, letzteres zwischen Freysing und Ismaning gelegen. Beyde sind bey der Säcularisation an Privatbesitzer übergegangen.

reduktionibus variis, sitis in superiori et inferiori Bavariis, spectantibus notorie ad Ecclesiam praelibatam, et, quod magis temerarium est, jurisdictionem et potestatem ordinariam spectantem ad eundem Episcopum ratione praefatae Ecclesiae in praedictis castris, villis, locis, bonis et juribus taliter occupatis, et in homines castrorum, villarum et locorum eorundem nisus est et nititur, appropriare sibi ipsi, et a dictis hominibus tam clericis quam laicis, ad id coactis et inductis, in enervationem ecclesiasticae libertatis iuramenta fidelitatis et homagia recepit et recipit, ipsosque coegit et cogit, ejus obtemperare mandatis, et ab eis exactiones et tallias illicitas exegit et non desinit extorquere, nec non fructus, redditus et proventus Beneficiorum ecclesiasticorum pro tempore vacantium, quorum collationes ad ipsum Episcopum de jure pertinere noscuntur, temeritate propria recipit et usurpat, et cum insidiis ac potentia et tyrannide suis invasit et fregit in suprascripto castro dictae civitatis quemdam locum secretum, in quo erant litterae apostolicae provisionis Episcopi antedicti ac processus ex illis secuti, et dolose abinde subtraxit hujusmodi litteras et processus et credens, ut apparet per effectum operis, per subtractionem litterarum ipsarum eum Episcopali dignitati privasse, publicari et divulgari mandavit et fecit, quod non erat sibi ut Episcopo parendum in aliquo; et nedum in se perpetravit et perpetrat suprascripta, verum etiam nonnullos alios ad se traxit, animosque pervertens eorum ipsos induxit pariter et seduxit ad non obediendum eidem Episcopo et consimilia facinora perpetrandum, et inter alios specialius infrascriptos, scilicet Octonem Decanum, Hermannum de Nennhoven, Conradum de Cronuels, Ulricum de Achdorf, Conradum dictum Torrer, Wactonem de Punhausen, Hainricum Rotonbekesen et Arnoldum de Matzenhausen, Canonicos Ecclesiae memoratae <sup>5)</sup>, nec non . . . . in

<sup>5)</sup> Von diesen freysingischen Domherren sind urkundlich nachweisbar:

- a) Otto von Marlrain, Domdechant († 1347),
- b) Hermann von Manhofen († 1352),
- c) Ulrich von Achdorf († 1353),
- d) Ulrich — nicht Conrad — der Torrer († 1344),

Ebersperch . . . . . in Tegernsee . . . . . in Scheren . .  
 . . . . . in Rota . . . . . in Adel . . . . . in Wa-  
 chensteuen et in Obernpeuren monasteriorum Abbates eo-  
 rumque conventus, ac in Slerhtorf . . . in Peurberch . . . .  
 in Penvn . . . . in Raitembuch . . . . in Schesdam . . . . .  
 in Novacella, et . . . . . in Peihartingen Ecclesiarum  
 Praepositos <sup>6)</sup> earumque capitula, atque . . . . . Decanum

e) Watho von Pullenhausen († 1351) und

f) Heinrich von Rottenbeck († 1347).

Ein Domherr von Freysing, Namens Conrad von Kronfels, konnte nicht aufgefunden werden.

Ein Arnold von Massenhauseu war um jene Zeit Marschall in Niederbayern und kommt insbesondere in einer freysingischen Urkunde v. J. 1333 (Meichelb. hist. fris. Tom. II. par. II. p. 170) vor.

<sup>6)</sup> Die gleichzeitigen Aebte und Pröpste, welche hier nicht einmal mit den Anfangsbuchstaben ihrer Klostersnamen kennbar gemacht sind, waren:

a) in Ebersberg: Otto Siegersdorfer († 1343);

b) in Tegernsee: Heinrich IV. (Rainer), welcher im Jahre 1339 resignirte und im Jahre 1345 starb;

c) in Scheuern: Conrad III. (resignirte im Jahre 1346);

d) in Rott: Friedrich II., ein Neuzenauer († nach 1347):

e) in Ettal: der dortige erste Abt Friedrich († 1344);

f) in Schlechdorf: Conrad IV. († nach 1369);

g) in Weihenstephan: Marquard († 1367);

h) in Neuerberg: Conrad III. († 1349);

i) in Weyarn: (welches vermuthlich unter dem Penvn der Urkunde zu verstehen seyn wird): Wilhelm II. († 1337);

k) in Raitembuch: Ulrich III. († 1348);

l) in Scheftlarn: Conrad VI. († 1346);

m) in Neustift bey Freysing: Herrmann III. († nach 1337);

n) in Peiharting: Friedrich Spielberger († um 1343).

Das Wort „Obernpeuren“, welches nach der Wortverbindung nicht wohl Oberbayern bedeuten kann, sondern gleichfalls ein Kloster in der Diöcese Freysing bezeichnen soll, läßt sich schwer erklären, da es ein Kloster ähnlichen Namens in dieser Diöcese nie gegeben hat. Benedictbeuern hat von jeher zum Bisthum Augsburg gehört. Von allen im Jahre 1337 im Freysinger-Kirchensprengel bestandenen Abteyen (man findet sie im dritten Bande der älteren Matrakeln, S. 209 aufgeführt) fehlen in obigem Verzeichnisse nur Dietramszell, Fürstenfeldj und Indersdorf, welche allein damals gegen den Papst nicht offen Parthey genommen zu haben scheinen.

in Sliers(ee), sancti Andreae, sancti Viti, et in Illemmunster Ecclesiarum capitula, Frisingensis civitatis et dioecesis, et nihilominus nonnullos alios ecclesiarum rectores et clericos complices praedictorum. Et licet dictus Episcopus ad vitandum multarum animarum pericula et etiam ad occurrendum, in quantum poterat, detrimentis et dispendiis suae Ecclesiae supradictae paterna charitate monuerit praefatum Lentoldum et caeteros jam dictos ejus complices et sequaces, quod redeuntes ad cor et ad callem rectitudinis desisterent ab hujusmodi eorum temeritatibus et peccatis et a praefatis injuriis sibi et praefatae suae Ecclesiae inferendis, ac ab erroribus recederent et sequelis Lentoldi praedicti, et conarentur reintegrari sanctae Matris Ecclesiae unitati, contra ipsos insuper, si hujusmodi monitionibus non parerent, excommunicationis sententiam auctoritate ordinaria promulgando ipsosque mandando excommunicatos publice nunciari, tamen in hoc cum eis elevatis in nimiam superbiam non profecit.

Unde, cum praedictus Episcopus non speret, se posse domare elationem et proterviam Lentoldi, suorum complicum et sequacium praefatorum, et recuperare ac defendere jura sua et suae Ecclesiae antedictae, nisi apostolicae protectionis juvamine fulciatur, Nobis humiliter supplicavit, ut providere sibi et eidem Ecclesiae suae super praemissis adversus Lentoldum suosque complices et sequaces jam dictos de apostolica clementia oportunis remediis dignaremur.

Quocirca fraternitati tuae per apostolica scripta committimus et mandamus, quatenus vocatis, qui fuerint evocandi, et auditis simpliciter et de plano, sine strepitu et judicii figura hinc et inde propositis facias super praedictis et singulis auctoritate apostolica justitiae complementum. Contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, censura simili appellatione cessante cogatis, veritati testimonium perhibere. Non obstantibus tam de duabus dietis editae (!) in concilio generali, quam felicis recordationis Bonifacii Papae octavi praedecessoris nostri, qua inter caetera cavetur, ne aliquis extra suam civitatem vel dioecesim, nisi in certis

exceptis casibus, et in illis ultra unam dietam a fine suae dioecesis ad iudicium evocetur, et quibuslibet aliis constitutionibus a praedecessoribus nostris Romanis Pontificibus in contrarium editis, per quas tuae jurisdictionis explicatio super hiis valeat quomodolibet impediri, seu quod dicti Episcopi Metropolitanus existis, aut si aliquibus communiter vel divisim a Sede apostolica sit indultum, quod excommunicari, suspendi vel interdicti non possint per litteras apostolicas, non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

Datum Avinione quarto Idus Decembris, Pontificatus nostri anno tertio.

20 und 21.

Papst Benedict XII. eröffnet dem Erzbischof von Salzburg und dem Domcapitel von Freysing, daß er die Wiederbesetzung des Bisthums Freysing für den nächsten Erledigungsfall sich vorbehalte und demnach von dem Capitel keine Wahl vorgenommen werden dürfe.

27. Aug. 1340.

(Ex Regesto An. VI. litter. secret. Bened. PP. XII. Ep. 157 et 158.)

a.

Benedictus Episcopus servus servorum Dei.

Venerabili fratri . . . <sup>1)</sup> Archiepiscopo Salzeburgensi salutem et apostolicam benedictionem.

Intendentes dudum, Ecclesie Frisingensi, jure metropolitico Ecclesie tue Salzeburgensi subiecte <sup>2)</sup>, vel cum eam primo vacare contingeret <sup>3)</sup>, per circumspectionem Se-

<sup>1)</sup> Vom Jahre 1338 — 1343 war Heinrich von Biernbrunn (Biernbaum?) Erzbischof in Salzburg. S. Beytr. I. 249.

<sup>2)</sup> Hier scheinen die Worte: „si tunc vacabat“ zu fehlen.

<sup>3)</sup> Bischof Conrad IV. von Freysing war bereits am 5. März oder 8. April 1340 gestorben. Damals lebte der vom Domcapitel nach dem Tode des Bischofs Conrad III. im Jahre 1322 gewählte Bischof Ludwig von Chamstein noch. Erst nachdem dieser im Jahre 1342 mit Tod abgegangen war, schritt das Capitel zu einer neuen Wahl (Vgl. oben S. 46.)



dis apostolice de Pastore secundum cor nostrum ydoneo providere, provisionem eiusdem ea vice nobis ex hiis et aliis causis rationabilibus, ad id nostrum moventibus animum, videlicet 16. Kal. Junii <sup>4)</sup> proximo preteriti duximus auctoritate apostolica specialiter reservandam, districtius inhibentes, ne tu, frater Archiepiscopo, vel quicumque alii ad electionem, postulationem, nominationem vel aliam provisionem de Pastore in eadem Ecclesia proficiendo presumeretis contra reservationem huiusmodi procedere quoquomodo, ac decernentes ex tunc irritum et inane, si secus per te vel quosvis alios quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Reservationem autem, decretum et inhibitionem huiusmodi ad tuam et aliorum, quorum interest, noticiam tenore presentium deducentes, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus contra ea nichil attemptes penitus, nec permittas, quantum ad te pertinuerit, attemptari.

Dat. Avinione 6. Kal. Septembris, Pontificatus nostri Anno VI.

b.

Benedictus Episcopus servus servorum Dei.

Dilectis filiis Capitulo Ecclesie Frisingensis salutem et apostolicam benedictionem.

Intendentes dudum, Ecclesie Frisingensi, si tunc vacabat, vel cum eam primo vacare contingeret, per circumspectionem Sedis apostolice de Pastore secundum cor nostrum ydoneo providere, provisionem eiusdem ea vice nobis ex hiis et aliis causis rationabilibus, ad id nostrum moventibus animum, videlicet 16. Kal. Junii proximo preteriti duximus auctoritate apostolica specialiter reservandam, districtius inhibentes, ne vos vel quicumque alii ad electionem, postulationem, nominationem vel aliam provisionem de Pastore in eadem Ecclesia proficiendo presumeretis contra reservationem huiusmodi procedere quoquomodo, ac decernentes ex tunc irritum et inane, si secus per vos vel quosvis

---

<sup>4)</sup> Am 17. May.

alios quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Reservationem autem, decretum et inhibitionem huiusmodi ad vestram et aliorum, quorum interest, notitiam tenore presentium deducentes, vobis per apostolica scripta mandamus, quatinus contra ea nichil attemptare penitus presumatis.

Dat. Avinione 6. Kal. Septembris, Pontificatus nostri Anno VI.

## 22.

Papst Benedict XII. verleiht das Bisthum Freysing dem Bischof Johann von Berden.

10. Oct. 1341.

(Ex Regesto litterarum comm. de Curia Benedicti PP. XII Anni VII. Ep. 422.)

Benedictus Episcopus servus servorum Dei.

Dilecto filio Johanni <sup>1)</sup> Episcopo Frisingensi salutem et apostolicam benedictionem.

Romana Ecclesia, quae super universas orbis Ecclesias obtinet Divina institutione primatum, circa singulas maternae diligentiae cura sedulo vigilans, earum profectibus solerter intendit, studens Ecclesiarum ipsarum, praesertim cathedralium, commoda interdum per simplicis provisionis officium, quandoque vero per ministerium translationis accommodae, prout personarum, locorum et temporum qualitas exigit ac ipsarum Ecclesiarum persuadet utilitas, procurare.

Olim siquidem bonae memoriae Conrado Episcopo Frisingensi regimini Frisingensis Ecclesiae praesidente, Nos cupientes, eidem Ecclesiae, cum eam quovis modo vacare contingeret, personam utilem per apostolicae Sedis providentiam praesidere, provisionem ipsius Ecclesiae, cum va-

---

<sup>1)</sup> Johann II. aus dem adelichen Geschlechte von Westerhold, ein in der Arzney- und Sternkunde erfahrener Mann, war von 1332 — 1340 Bischof von Berden, dann von 1341 bis zu seinem im Jahre 1349 erfolgten Tode Bischof von Freysing. Er lebte stets an der Seite des Papstes in Avignon, wo er auch begraben liegt. (Vgl. diese Beitr. Bd. I. S. 19, 51, 81, 135 und 184.)

caret, ordinationi et dispositioni nostrae ac Sedis ejusdem ea vice duximus specialiter reservandam, decernentes ex tunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari.

Postmodum vero praefata Frisingensi Ecclesia per obitum dicti Conradi, qui in illis partibus debitum naturae persolvit, Pastoris solatio destituta, de provisione ipsius Ecclesiae celeri <sup>2)</sup> et felici, de qua nullus praeter Nos se hac vice intromittere potest, reservatione et decreto obstantibus supradictis, ne dicta Ecclesia longae vacationis incommodis exposita remaneret, cogitare cepimus diligenter, et demum post deliberationem, quam ad praeficiendum talem Ecclesiae praedictae personam, quae sciret, vellet et posset eam praeservare a noxiis et adversis ac in suis manutene-  
re juribus, et etiam adaugere, cum fratribus nostris habuimus diligentem, ad te, tunc Episcopum Verdensem, consideratis grandium virtutum meritis, quibus personam tuam Altissimus insignivit, et quod tu, sicut fide dignorum habet assertio, regimini Verdensis Ecclesiae hactenus laudabiliter praefuisti, convertimus oculos nostrae mentis.

Intendentes itaque, tam dictae Frisingensi Ecclesiae, quam gregi Dominico ejusdem salubriter et utiliter providere, te a vinculo, quo eidem Verdensi Ecclesiae, cui tunc praeeras, tenebaris, de dictorum fratrum consilio et apostolicae potestatis plenitudine absolventes, te ad dictam Frisingensem Ecclesiam transferimus, teque illi praeficimus in Episcopum et Pastorem, curam et administrationem ipsius Frisingensis Ecclesiae tibi tam in spiritualibus quam in temporalibus plenarie committendo liberamque tibi tribuendo licentiam, ad dictam Frisingensem Ecclesiam transeundi. In illo, qui dat gratias et largitur praemia, confidentes, quod praefata Frisingensis Ecclesia per tuae industriae ac circum-  
spectionis fructuosum studium regetur utiliter, et prospere

---

2) Da Bischof Conrad schon im März oder April des Jahres 1340 gestorben war, so ist mit der Ernennung seines Nachfolgers eben nicht geeilt worden.

dirigetur, grataque in eisdem spiritualibus et temporalibus auctore Domino suscipiet incrementa.

Quocirca fraternitati tuae per apostolica scripta mandamus, quatinus ad dictam Frisingensem Ecclesiam cum gratia nostrae benedictionis accedens curam et administrationem praedictas sic geras sollicite, fideliter et prudenter, quod ipsa Ecclesia gubernatori circumspecto et fructuoso administratori gaudeat se commissam ac bonae famae tuae odor ex laudabilibus tuis actibus latius diffundatur, ac tu praeter aeternae retributionis praemium nostrae ac dictae Sedis benedictionis et gratiae merearis continuum percipere incrementum.

Datum Avinione sexto Idus Octobris, Pontificatus nostri Anno septimo.

In eodem modo: Dilectis filiis Capitulo Ecclesiae Frisingensis salutem.

*Romana Ecclesia* etc. usque *incrementa*. Quocirca universitati vestrae per apostolica scripta mandamus, quatinus eidem Episcopo tamquam Patri et Pastori animarum vestrarum humiliter intendentes, ac exhibentes ei obedientiam et reverentiam debitam et devotam, ejus salubria monita et mandata suscipiatis devote et efficaciter adimplere curetis, alioquin sententiam, quam idem Episcopus rite tulerit in rebelles, ratam habebimus, et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari.

Dat. ut supra.

In eodem modo: Dilectis filiis Clero civitatis et dioecesis Frisingensis etc.

*Romana Ecclesia* usque *suscipiet incrementa* etc. *ut in superiori proxima per totum*.

Dat. ut supra.

In eodem modo: Dilectis filiis populo civitatis et dioecesis Frisingensis etc.

*Romana Ecclesia* etc. usque *incrementa*. Quocirca universitatem vestram rogamus et hortamur attente, per apostolica vobis scripta mandantes, quatenus eundem Episcopum tamquam Patrem et Pastorem animarum vestrarum suscipientes devote et debita honorificentia prosequentes, ip-

sius ſalubribus mandatis et monitis humiliter intendatis, ita quod ipſe in vobis devotionis filios, et vos ſubſequenter in eo Patrem inveniffe benevolam gaudeatis.

Dat. ut ſupra.

In eodem modo: Dilectis filiis univerſis Vassallis Eccleſie Friſingeniſis ſalutem etc.

*Romana Eccleſia* etc. uſque *suscipiet incrementa*. Quo-circa univerſitati veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus eundem Episcopum tanquam Patrem et Paſtorem animarum veſtrarum pro apoſtolice Sedis et noſtra reverentia debito proſequentes honore, ipſius mandatis et monitis efficaciter intendentes, ei fidelitatem ſolitam, nec non conſueta ſervitia et jura ſibi a vobis debita exhibere integre ſtudeatis. Alioquin ſententiam ſive poenam, quam idem Episcopus rite tulerit ſeu ſtatuert in rebelles, ratam habebimus et faciemus auctore Domino uſque ad ſatisfactionem condignam inviolabiliter obſervari.

Dat. ut ſupra.

In eodem modo: Venerabili fratri . . . . . Archiepiſcopo Salzbergeniſi etc.

Ad cumulum tuæ cedit ſalutis et famæ, ſi perſonas eccleſiaſticas, præſertim pontificali dignitate præditas, oportuni præſidii et favoris gratia proſequaris. *Olim ſiquidem bonæ memoriæ* etc. uſque *suscipiet incrementa*. Cum igitur eidem Episcopo in commiſſa ſibi Eccleſiæ prædictæ Friſingeniſis cura ut facilius proficere valeat, tuus favor ſibi eſſe noſcatur plurimum opportunus, fraternitatem tuam rogamus et hortamur attente, per apoſtolica tibi ſcripta mandantes, quatenus eundem Episcopum et commiſſam ſibi Eccleſiam, tibi metropolitico jure ſubjectos, habens pro noſtra et apoſtolice Sedis reverentia commendatos, in ampliandis et conſervandis juribus ſuis ſic eum tui favoris auxilio proſequaris, quod ipſe per tuæ auxilium gratiæ ſe poſſit in commiſſo ſibi ejuſdem Eccleſiæ regimine utilius exercere, tuque Divinam miſericordiam et dictæ Sedis benevolentiam valeas exinde uberius promereri.

Dat. ut ſupra.

In eodem modo: Nobili viro Alberto Duci Austriae ſalutem etc.

Gratiae divinae praemium et praeconium humanae laudis acquiritur, si personis ecclesiasticis et pontificali dignitate praeditis honor debitus impendatur. *Olim siquidem* etc. usque *suscipiet incrementa*. Cum igitur idem Episcopus, ut in commissa sibi cura Ecclesiae supradictae facilius et fructuosius proficere valeat, favor tuus sibi esse noscatur plurimum opportunus, Nobilitatem tuam rogamus et hortamur attente, quatenus, eundem Episcopum et commissam sibi Frisingensem Ecclesiam supradictam habens pro nostra et apostolicae Sedis reverentia propensius commendatos, sic praefato Episcopo exhibeas te benignum, quod ipse per tui favoris auxilium commissum sibi regimen ejusdem Frisingensis Ecclesiae facilius et efficacius cooperante Domino prosequatur, et Nos devotionem tuam dignis in Domino laudibus attollamus.

Dat. ut supra.

## 23.

Papst Clemens VI. befiehlt dem Patriarchen von Aquileja, dem Bischof von Orange und dem Abt von St. Lambert, bey dem Domcapitel in Freysing x. die Anerkennung des vom Päpstlichen Stuhl gesetzten Bischofs Johann zu erwirken und gegen die Widerspenstigen, insbesondere aber gegen den eingedrungenen Bischof Leutold mit Kirchenstrafen einzuschreiten.

21. Jan. 1343.

(Ex Regesto litterarum communium Clementis PP. VI. Anni primi Tom. IX. pag. 230.)

Clemens Episcopus servus servorum Dei <sup>1)</sup>.

Venerabilibus fratribus . . . . . <sup>2)</sup> Patriarchae Aquile-

<sup>1)</sup> Papst Clemens VI. wurde den 9. May 1342 gewählt und am 19. des nämlichen Monats (am Pfingstsonntage) gekrönt. Er starb am 1. Dec. 1352.

<sup>2)</sup> Vom Jahre 1334 — 1350 war Bertrand (ein vorzüglicher Rechtsgelahrter seiner Zeit und Auditor Rotae Romanae) Patriarch zu Aquileja.

gensi et . . .<sup>3)</sup> Episcopo Aurasicensi, ac dilecto filio . . . .<sup>4)</sup> Abbati monasterii sancti Lamberti Salzeburgensis dioecesis salutem et apostolicam benedictionem.

Dudum Frisingensi Ecclesia per obitum bonae memoriae Conradi Episcopi Frisingensis, qui in partibus illis diem clausit extremum, Pastoris solatio destituta, felicitis recordationis Benedictus Papa duodecimus, praedecessor noster, qui provisionem ipsius Ecclesiae, dum adhuc dem Conradus in humanis ageret, dispositioni suae decreto interposito duxerat specialiter reservandam, vacatione ipsius Ecclesiae fide dignis relatibus intellecta, volens eidem Ecclesiae utiliter providere, venerabilem fratrem nostrum Johannem Frisingensem, tunc Verdensem, Episcopum a vinculo, quo Verdensi Ecclesiae, cui tunc praecerat, tenebatur, de fratrum suorum consilio et apostolicae plenitudine potestatis absolvens, ipsum ad praefatam Frisingensem Ecclesiam sic vacantem duxit auctoritate apostolica transferendum, eumque ipsi Frisingensi Ecclesiae praefecit in Episcopum et Pastorem, curam et administrationem ipsius Frisingensis Ecclesiae sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo liberamque sibi tribuendo licentiam, ad praefatam Frisingensem Ecclesiam transeundi, prout in litteris praedecessoris ejusdem super hiis confectis plenius continetur.

Verum quia, sicut habet ejusdem Episcopi querulosa expositio facta Nobis, Praepositus, Decanus et Capitulum ipsius Ecclesiae, reservationis et decreti praedictorum non ignari, post et contra ea quondam Ludovicum de Camersteyn primo et deinde, ipso sublato de medio, Leutoldum de Scawembergh<sup>5)</sup>, pro Praeposito ejusdem Ecclesiae se ge-

<sup>3)</sup> Bischof Wilhelm von Orange in Frankreich. Er war es, wie die nachfolgende Urkunde zeigt, welcher dieses Commissorium zum Vollzug brachte.

<sup>4)</sup> Das Benedictinerstift St. Lambert in Steyermark. Vom Jahre 1341 bis 1358 war dort Abt Johann Friedberger. Vgl. Schmuß Lexikon von Steyermark, Bb. II. S. 324 und 325.

<sup>5)</sup> Ueber Ludwig von Chamstein und Leutold von Schaumburg oder Schaumberg s. oben S. 45.

rentem, suffulti potentia laicali in Ecclesia et Episcopatu Frisingensi post translationem de ipso Johanne ad dictam Frisingensem Ecclesiam, ut praedicatur, factam intruserunt temere et de facto, idemque Leutoldus Episcopatum praedictum praetextu intruxionis hujusmodi occupavit et detinet occupatum, ac clerus et populus civitatis et dioecesis Frisingensis nec non vassalli et alii subditi ejusdem Ecclesiae praefato Leutoldo parent et obediunt, ipsumque Johannem verum Patrem et Pastorem eorum contempserunt admittere et contempnunt. Idem Johannes Episcopus, dicto praedecessore interim sublato de medio <sup>6)</sup>, ad Nos postmodum divina favente gratia ad apicem summi apostolatus assumptos devote recurrens, Nobis humiliter supplicavit, ut providere super hiis de oportuno remedio dignaremur.

Nos igitur, tantae temeritatis excessum et contemptum inobedientiae, qui in nostram et apostolicae Sedis injuriam perniciosum exemplum et multorum scandalum et animarum multarum periculum vergere dinoscuntur, pati salva conscientia nequeunt, quin immo volentes, quod ejusdem praedecessoris translatio et prefectio de ipso Johanne factae sublatis impedimentis quibuslibet suum debitum sortiantur effectum, discretioni vestrae per apostolica scripta mandamus, quatenus vos, vel duo aut unus vestrum per vos, vel alium seu alios eosdem instrusum, Decanum et Capitulum, nec non singulos Canonicos, ac clerum et populum, vassallos, homines, feudatarios, fideles et subditos ejusdem Ecclesiae Frisingensis, et quosvis alios clericos et laicos, cujuscunque sint praecminentiae, conditionis, ordinis, dignitatis et status, quorum interest vel interesse potest, etiamsi Pontificali vel superiori praefulgeant dignitate, de quibus expedire videritis, moneatis ex parte nostra et efficaciter inducatis, ut infra certum peremptorium terminum competentem, quem eis et eorum singulis duxeritis, prout ipsos et eorum singulos contingere noveritis, praefigendum, eundem Frisingensem Episcopum in Praelatum et Pastorem

---

<sup>6)</sup> Pappst Benedict XII. war am 25. Apr. 1342 gestorben.



Ecclesiae praelibatae recipiant et admittant, ac eidem tamquam suo Episcopo, et nulli alii pareant et intendant, nullumque sibi praestent impedimentum, seu praestari faciant vel procurent, per se vel alium seu alios, directe vel indirecte, publice vel occulte, quominus idem Johannes Episcopus possessionem pacificam Episcopatus Frisingensis et castrorum, munitionum, fortalicionum et aliorum quorumcunque locorum, jurium et bonorum ad Ecclesiam Frisingensem et ipsum spectantium per se suosque Vicarios, Officiales et Ministros, seu Procuratores apprehendere valeat et pacifice possidere, quodcunque impedimentum publicum vel occultum, per ipsos vel eorum nomine aut mandato in praemissis vel circa praemissa quomodolibet appositum, realiter et cum effectu infra dictum terminum revocando ac permittendo, praefatum Johannem Episcopum suosque Vicarios, Officiales, Ministros et Procuratores ejusdem Ecclesiae Frisingensis, ac omnium et singulorum bonorum et jurium ad eundem Johannem Episcopum nomine ipsius Ecclesiae spectantium administrationem plenam et liberam exercere, alioquin omnes et singulos tam clericos quam laicos, cujuscunque status, ordinis, conditionis vel dignitatis existant, etiamsi pontificali aut majori, vel inferiori praefulgeant dignitate, qui monitioni hujusmodi parere contumaciter contempserint, seu si in praedictis eidem Johanni Episcopo se contradictores indebite reddiderint et rebelles, quos ex nunc videlicet singulares personas excommunicationis, Capitulum vero suspensionis et Ecclesiam ipsam interdicti sententiis subjacere post ipsum terminum volumus ipso facto, excommunicatos et suspensos, dictamque Ecclesiam Frisingensem interdictam in ecclesiis et locis earum partium et alibi, de quibus vobis expedire videbitur, campanis pulsatis et candelis accensis publice nuncietis, ipsumque intrusum, qui est patror hujusmodi sceleris principalis, si sententias hujusmodi per certum tempus, de quo vobis vel alicui vestrum videbitur, pertinaciter tolerarit, ex tunc omnibus Dignitatibus, Beneficiis ecclesiasticis, quae obtinet, apostolica auctoritate privetis, ipsumque reddatis perpetuo inhabilem et indignum ad quaecunque Beneficia ecclesiastica in posterum obtinenda, et ut ejusdem Episcopatus posses-

sio facilius haberi valeat, volumus, quod omnes promissiones, paciones et conventiones, homagia et iuramenta quaelibet sive fidelitatis, sive alia, per vassallos et subditos dictae Ecclesiae Frisingensis eidem intruso, forsitan facta et praestita, quatenus processerunt de facto, cassetis, annullatis et etiam irritatis, illaque omnia cassa, nulla et irrita nuncietis ac iuramenta eadem relaxetis. Contradictores auctoritate nostra appellatione postposita compescendo. Quibuscunque aliis personis singularibus antedictis apertius nihilominus intimantes, ut si, quod absit, monitionibus et mandatis hujusmodi contumaciter obedire contempserint, Nos ad similes inhabilitationis et privationis poenas contra ipsos et eorum singulos, prout ipsorum rebellium et inobedientium contemptus aut contumacia exegerint ac vobis videbitur, procedemus.

Praefatum autem Intrusum et alios quoscunque, quos contemptores manifestos monitionum, requisitionum et sententiarum praedictarum reppereritis, nihilominus etiam peremptorie citare curetis, ut infra certum alium terminum per vos sibi super hoc praefigendum apostolico conspectui personaliter se praesentent, facturi, responsuri et recepturi super praedictis, quod justitia suadebit. De die citationis et forma hujusmodi ac aliis, quae inde feceritis, Nos reddentes per vestras litteras seu instrumenta publica praesentium seriem continentia nihilominus certiores.

Caeterum volumus, quod processus per vos seu aliquem vestrum super praedictis habendos per edicta publica in locis proponenda et affigenda publicis, de quibus verisimilis existat praesumptio, quod ad eorum, quos tanget, pervenire possit notitiam, vel alias, prout melius et utilius vobis videbitur, ratione praevia faciatis, adversus Intrusum, Decanum, Capitulum, Canonicos, clerum, populum, vassallos, homines, feudatarios, fideles et subditos civitatis et dioecesis Frisingensis et alios supradictos, qui eisdem non parerent forsitan processibus, per interdicti et suspensionis ac alias spirituales sententias per vos promulgandas et aggravandas, si, quando et quotiens malitia et contumacia ipsorum exigentibus expedire cognoveritis, nihilominus processuri.

Nostrae tamen intentionis existit, quod idem Johannes Episcopus jurisdictionem suam ordinariam per se vel alium seu alios super praedictis et omnibus aliis ad eum spectantibus extra etiam suam dioecesim, in locis tamen, in quibus ipsa Frisingensis Ecclesia jurisdictionem temporalem obtinet, super quo etiam sibi plenam et liberam tenore presentium concedimus potestatem libere, quotiens oportunum fuerit, valeat exercere. Non obstantibus quibuscunque constitutionibus apostolicis in contrarium editis, seu si aliquibus communiter vel divisim a Sede apostolica sit indultum, quod excommunicari vel suspendi, aut ipsa Ecclesia, civitates, terrae et loca ipsorum ecclesiastico interdicto supponi non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

Datum Avinione decimo secundo Kalendas Februarii, Pontificatus nostri anno primo.

## 24.

Sentenz des Papstes Clemens VI. gegen Leutold von Schaumberg wegen angemessener Verwaltung des Bisthums Freysing, und Auftrag an den Erzbischof von Riga, dieselbe zum Vollzug zu bringen.

17. Aug. 1347.

(Ex Regesto litterarum communium Clementis PP. VI. Anni VI. Tom. IV. part. II. p. 91.)

Clemens Episcopus servus servorum Dei.

Ad futuram rei memoriam.

Insolens et effrenis praesumptio ac praesumptuosa insolentia multos a rectitudinis calle ducit in devium, pluresque a justitiae terminis prorsus exterminat et avertit, qui de sua malitia praesumentes, dum extendendi sibi pro libito libertatem usurpant, a multorum animis Dei timorem abiiciunt, cum non esse timendum aestimant, quod a personis maxime ecclesiasticis viderunt non timeri. Verus ergo Christi Vicarius, datus a Domino super omnes Ecclesias speculator, debet sollicite talium malitiis obviare, non sustinendo, in domo Domini furem vel mercenarium malignari in ovile Dominicum, non

intransentem per ostium, sed aliunde conscendere satagentem, ne grex perditus de ipsius speculatoris manibus requiratur.

Dudum siquidem Frisingensi Ecclesia per obitum bonae memoriae Conradi Episcopi Frisingensis, qui in illis partibus decessit, vacante, felicitis recordationis Benedictus Papa duodecimus, praedecessor noster, qui ante vacationem hujusmodi provisionem ejusdem Ecclesiae provisioni et ordinationi apostolicae decreto interposito reservavit, venerabilem fratrem nostrum Johannem Frisingensem, tunc Verdensem, Episcopum a vinculo, quo Verdensi Ecclesiae, cui tunc praecerat, tenebatur, de fratrum suorum consilio et apostolicae plenitudine potestatis absolvens, ipsum ad praefatam Frisingensem Ecclesiam sic vacantem duxit auctoritate apostolica transferendum, cumque ipsi Frisingensi Ecclesiae praefecit in Episcopum et Pastorem, liberam sibi tribuendo licentiam, ad praefatam Frisingensem Ecclesiam transeundi, prout in litteris praedecessoris ejusdem plenius continetur. Verum quia postmodum . . . . . Praepositus, Decanus et Capitulum ipsius Ecclesiae Frisingensis, reservationis et decreti hujusmodi non ignari, contra ea venire temere praesumpserunt, seque in rebellionem adversus Sedem apostolicam erigentes, quondam Ludovicum de Camestayn primo et deinde, ipso sublato de medio, Leutoldum de Schawlg <sup>1)</sup>, pro Praeposito ipsius Ecclesiae se gerentem, fulti potentia laycali in Ecclesia et Episcopatu Frisingensi post translationem de ipso Johanne ad dictam Ecclesiam Frisingensem, ut praedicatur, factam intruserunt temere et de facto, idemque Leutoldus dictum Episcopatum praetextu intrusionis hujusmodi annis pluribus temere occupavit et detinebat, prout detinet per tyrannidem occupatum, administrationem Ecclesiae et Episcopatus praedictorum in spiritualibus et temporalibus dampnabiliter exercendo. Clerus quoque et populus civitatis Frisingensis, nec non vassalli et alii subditi ipsius Ecclesiae dicto Leutoldo exhibuerunt, prout adhuc exhibent, obedientiam, eundem Johannem verum Patrem et Pastorem eorum admittere

---

<sup>1)</sup> Schaumberg.

contempnentes in suarum animarum periculum, Divinae Majestatis offensam, gravem exempli perniciem et scandalum plurimorum. Nos, qui eodem praedecessore, sicut Domino placuit, interim viam universae carnis ingresso, fuimus Divina favente gratia ad apicem summi apostolatus assumpti, volentes, ut ejusdem Johannis translatio ac praefectio, sublatis impedimentis quibuslibet, debitum sortiretur effectum, eundem Leutoldum intrusum ac . . . Decanum et Capitulum, ac singulos Canonicos et clerum et populum, vassallos, homines, feudatarios, fideles et quosvis alios clericos et laycos et subditos Ecclesiae memoratae, cujuscunque dignitatis, status, ordinis aut conditionis existerent, per venerabilem fratrem nostrum Guillelmum Episcopum Aurasicensem <sup>2)</sup>, quem una cum quibusdam aliis ejus in hac parte collegis per nostras certi tenoris litteras eidem Johanni Episcopo executorem duximus deputandum, canonice moneri fecimus, ut infra certum competentem peremptorium terminum, eis per dictum executorem praefixum, dictum Johannem Episcopum in praefata Frisingensi Ecclesia reciperent in Episcopum et Pastorem, eique tamquam Frisingensi Episcopo et nulli alii intenderent seu parent, nullum impedimentum praestando, quominus idem Johannes Episcopus possessionem pacificam jurium et bonorum ad mensam Episcopalem Frisingensem spectantium per se suosque Vicarios et Procuratores posset apprehendere et tenere, alioquin omnes et singulos, qui se in praedictis contradictores redderent et rebelles, excommunicationis, Capitulum vero suspensionis, et Ecclesiam Frisingensem praefatos interdicti sententiis subjacere volumus ipso facto, prout in eisdem litteris nostris inde confectis et processibus auctoritate ipsarum litterarum legitime habitis, quae et qui, cum propter eorundem rebellium potentiam in dicta Frisingensi Ecclesia tute intimari non possent, in Salzeburgensi, Metropolitana ipsius Frisingensis Ecclesiae, ac Pataviensi, eidem vicina Ecclesiis, et in ostiis earundem affixis per certos subexecutores ab eodem Aurasicensi Episcopo ad hoc,

---

<sup>2)</sup> Der oben (S. 57) erwähnte Bischof von Orange.

prout ex forma dictarum litterarum nostrarum poterat, deputatos sint solempniter publicati, plenius et serius continetur.

Verum, ut intelleximus, Leutoldus intrusus, ac . . . . Decanus <sup>5)</sup> et Capitulum, Canonici, clerus, populus, vassalli, homines, feudatarii, fideles et subditi supradicti, non curantes ad cor redire, ut ab hujusmodi rebellionibus et contumaciis resilirent, sed monitionibus hujusmodi obauditibus, eundem Johannem in eorum et dictae Ecclesiae Episcopum admittere et recipere infra dictum terminum vel post contumaciter non curarunt, propter quod Leutoldus intrusus et . . . . Decanus et singulares personae dicti Capituli, et clerus ac alii rebelles praedicti easdem excommunicationis, Capitulum vero suspensionis, et Frisingensis Ecclesia interdicti sententias incurrerunt, quas quidem sententias Leutoldus intrusus et . . . . Decanus ac singulares personae Capituli et cleri ac rebelles alii supradicti damnablem contemnentibus, eas per plures annos sustinuerunt et adhuc sustinere animis induratis, et nihilominus idem Leutoldus, tamquam in reprobum sensum datus, pejora malis accumulans, procuratores et nuncios ipsius Johannis Episcopi et alios clericos et laicos, obediens eidem, per suos complices capi, carcerari, et equis et bonis eorum spoliari, eosque diversis poenis, injuriis et molestiis affici mandavit et fecit, non permittens, in civitate vel dioecesi Frisingensi etiam aliquas litteras apostolicas vel ordinarias publicari.

Quia igitur contra illos exaggerandae sunt poenae, qui scienter jus et justitiam ac Sedis apostolicae disciplinam in contemptum ducere non verentur, ne ipsorum excessus posteris transeant in exemplum, ipsique de eorum malitia gloriantur, praefatum Leutoldum intrusum nec non Ulricum de Messenhausen pro Scholastico, Hermannum et Jacobum de Nenhofen, Nicolaum Praepositum de Munst, Wattonem de

---

<sup>5)</sup> Otto von Marlrain († 1347). Vgl. von Bügniet's Versuch einer Reihe der freysingischen Suffragan-Bischöfe und General-Vicarien, Freysing 1799. S. 67 und 68.

Pullenhausen, Ulricum de Cur, Johannem de Achdorfer, Wernherum de Nymburga, Symonem de Teg, Syfridum de Frauweberg, Conradum de Chawumberg, Johannem de Messenhausen, Weruardum Raering et Johannem Camerpergher, pro Canonicis dictae Frisingensis, et Henricum Kastener pro plebano sancti Petri Monacensis Frisingensis dioecesis Ecclesiarum se gerentes<sup>4)</sup>, et quascunque per-

4) Von den hier aufgeführten freyhüngischen Domherrn, deren Namen in der Urkunde theilweise sehr corrumpt sind, lassen sich folgende näher bezeichnen:

- 1) Ulrich von Massenhausen. Er wurde im Jahre 1350 Domherr, 1352 Domscholasticus und 1354 Stiftspropst bey St. Andr. in Freysing; 1345 war er auch Stadtpfarrer b. St. Joboch in Landshut, † 15. Sept. 1369 und liegt in der von der Familie der Massenhauser gestifteten St. Elisabethen-Capelle im Dom zu Freysing begraben.
- 2) Hermann von Mänhofen wurde um das Jahr 1320 Domherr später auch Domcustos und starb im Jahre 1351 oder 1352.
- 3) Jacob von Mänhofen, ein näher Verwandter des vorigen, tritt als Domherr und Archidiacon in Freysing i. J. 1350, um eben diese Zeit als Propst von Schliersee und von 1357 — 1362 auch als Domcustos auf, in welcher letzterer Eigenschaft ihm Conrad von Grunerzhofen folgte. Er starb den 4. Dec. 1364, nachdem er in die Domkirche und in die Stiftskirchen zu St. Andr. und St. Joh. in Freysing Jahrtagesstiftungen angeordnet hatte.
- 4) Batho oder Batho von Pullenhausen, ein näher A verwandter des Marquard von Schönbrunn, wurde um das Jahr 1331 Domcapitular in Freysing und starb im Jahre 1351.
- 5) Ulricus de Curia, vielleicht aus der bayer'schen Adelsfamilie der H o f e r von Lobenstein, welche sich auch de Curia nannte, war Domcapitular zu Freysing unter Bischof Albert i. J. 1354.
- 6) Ulrich (nicht Johann) von Achdorf war Domherr in Freysing und Stiftspropst von Isen, † 8. Aug. 1353. Auch er hat in die Domkirche zu Freysing einen Jahrtag gestiftet.
- 7) Seyfried von Fraunberg war Domherr in Freysing und Stiftspropst von Moosburg, † 23. März 1378. Sein Bruder, Wittig von Fraunberg, stiftete für ihn in die Domkirche zu Freysing einen Jahrtag.
- 8) Johann von Massenhausen, ein Bruder des Ulrich von Massenhausen, wurde i. J. 1340 Domherr in Bamberg und Freysing, i. J. 1349 Stiftspropst zu Innichen in Tyrol und i. J. 1362

sonas ecclesiasticas saeculares et regulares, exemptos et non exemptos, cujuscunque status, ordinis vel conditionis existant, Duces vero et Comites, praecipue nobiles viros Henricum, Radulphum, Federicum et Ulricum dictos de Schawumberg, Engelmaram de Velandiis, Ottonem de Pinteaw et Jacobum de Carraria milites, omnesque et singulos viros nobiles, Barones et Burgravios, ac universitates castrorum et oppidorum civitatis et dioecesis Frisingensis, nec non feudatarios, vassallos et subditos Ecclesiae et Episcopi Frisingensis praedictorum, tam clericos quam laycos, quarumcunque fuerint dioecesis, tenore praesentium monemus, eisque in virtute sanctae obedientiae et sub infrascriptis poenis districte praecipiendo mandamus, ut infra trium mensium spatium, quos eis et eorum cuilibet pro peremptorio termino assignamus, dictum Johannem Episco-

Stiftspropst zu St. Veit bey Freysing. Er war auch Domscholaстикус und starb i. J. 1379.

- 9) Ein Erhard (Eberhard) Möringer oder Junfer von Möring, bayerischen Adels, kommt i. J. 1360 als Domherr in Freysing vor. Er war auch Propst auf dem Petersberg = Madron, hat in die Domkirche zu Freysing einen Jahrtag gestiftet, starb den 11. May 1384 und liegt im Kreuzgang des Doms begraben. Ob er aber mit dem in dem Texte der Urkunde stehenden Wernhard Möringer eine Person sey, ist zweifelhaft.
- 10) Johann von Kammerberg, bayerischen Adels, wurde um das Jahr 1346 Domherr und i. J. 1360 Dompöpst in Freysing. Er starb den 28. Aug. 1374 und liegt in der St. Benediktenkirche neben dem Hochaltar auf der Evangelien-Seite begraben.
- 11) Ueber den Nicolaum Praepositum de Munst, Wernherum de Nymburga. Symonem de Teg und Conradum de Chawumberg (Schaumberg?) vermag man zur Zeit nähere Aufschlüsse nicht zu geben. In dem von dem Bischofe Joh. Franz von Eggher angefertigten Kataloge der Domherrn zu Freysing, konnten dieselben nicht aufgefunden werden.
- 12) Der Stadtpfarrer von St. Peter in München, Heinrich Kastner, fehlt zwar in der Reihenfolge dieser Pfarrer, welche in der älteren Auflage des XIX. Bandes der Mon. boic. abgedruckt ist (in der neuen Auflage dieses Bandes wurde sie — aus welchem Grunde? — ganz weggelassen); er läßt sich aber für diese Zeit auch durch andere Urkunden nachweisen.



pum ut verum eorum et dictae Ecclesiae Frisingensis Praesulem et Pastorem devote recipiant et benigne pertractent, sibiſque pareant realiter et intendant.

Monemus inſuper dictum Leutoldum intruſum ac omnes et ſingulos ſibi adhaerentes, eiſque ſimiliter in virtute ſanctae obedientiae et ſub eiſdem poenis diſtrictè praeciſpiendo mandamus, ut infra praedictum terminum, quem eiſ et eorum cuilibet pro peremptorio termino et monitione canonica assignamus, dictam Eccleſiam ac bona et jura illius cum effectu dimittant, et omnes fructus, redditus et proventus, ad dictam menſam Episcopalem ſpectantes, per eos et eorum quemlibet quovis modo perceptos, ſi exiſtant, alioquin eorum extimationem plenarie reſtituant, ac cenſuarios, colonos, inquilinos et penſionarios menſae praedictae, cenſus, penſiones alioſque redditus et proventus ac obventiones et quaevis alia jura, quocunſque nomine cenſeantur et in quibuſcunſque conſiſtant, ad menſam ſpectantia ſupradictam, eidem Johanni Episcopo vel procuratori ſuo ſeu procuratoribus ſuis ejus nomine integre exhibeant et perſolvant, et de illis tam ipſi, quam alii ſupradicti integre reſpondeant et faciant ab aliis, prout ad vos pertinet, reſponderi, ejusque vicarios et procuratores recipiant efficaciter et admittant, ab adhaeſione, auxilio, conſilio et favore ac obedientia ipſius Leutoldi intruſi et ei adhaerentium totaliter abſolvendo. Quod ſi in rebellionè et obſtinata protervia hujusmodi perdurarint ultra terminum ſupradictum, quia, ubi pertinacius exceditur, ibi eccleſiaſtica cenſura et poteſtas judiciaria Praeſidentis ſunt gravius exercendae, Leutoldum intruſum et perſonas alias ſpecificè ſuperius nominatas, nec non ſingulares perſonas dicti cleri, et quacuſcunſque alias eccleſiaſticas, ſaeculares et regulares perſonas, cujuſcunſque ſtatus, gradus, ordinis, conditionis vel dignitatis exiſtant, privationis omnium beneficiorum eccleſiaſticorum, quae obtinent, etiamſi dignitates, perſonatus vel officia fuerint et curam habeant animarum, quibus propter exceſſus hujusmodi ſe reddiderunt indignos, et inhabilitationis ad quelibet beneficia eccleſiaſtica in poſterum obtinenda, Capitulum vero Eccleſiae Frisingenſis perpetuae priva-

tionis omnium privilegiorum, indulgentiarum, gratiarum, honorum, libertatum et immunitatum quorumlibet, eidem Ecclesiae a Romanis Pontificibus praedecessoribus nostris vel quibusvis aliis Ecclesiis vel personis ecclesiasticis concessorum, poenas incurrere volumus eo ipso, nec deinceps rebellionibus ipsis de redditibus beneficiorum ecclesiasticorum hujusmodi aequaliter responderi.

Duces vero, Comites, Barones, nobiles, milites, vassallos, feudatarios et subditos, ac universitates inobedientes praedictos omnibus feudis et officiis, quae a Romana seu Frisingensi vel quibusvis aliis Ecclesiis vel personis ecclesiasticis obtinent, ac privilegiis, indulgentiis, gratiis, honoribus et libertatibus ac immunitatibus quibuscunque, eis a Sede praedicta seu ipsa Ecclesia Frisingensi vel quibuscunque Ecclesiis et personis ecclesiasticis concessis, communiter vel divisim, sint ipso facto privati, liberi quoque rectorum principalium seu praesidentium regimini civitatis, castrorum, oppidorum, villarum et locorum praedictorum, usque ad tertiam generationem exclusive sint inhabiles ad beneficia ecclesiastica obtinenda, ac omnes et singulae universitates civitatis, castrorum, oppidorum et villarum praedictorum ecclesiastico subiaceant interdicto; omnes insuper et singulas collationes, provisiones, praesentationes, institutiones, confirmationes, permutationes, nominationes, concessionem quorumlibet beneficiorum ecclesiasticorum et concessionem feudorum et officiorum, et quasvis alienationes, obligationes quorumcunque castrorum, villarum et oppidorum et aliorum locorum Ecclesiae et Episcopalis mensae Frisingensis praedictorum factas post mortem dicti Conradi Episcopi per dictos Ludovicum et Leutoldum intrusos et quosvis alios conjunctim vel divisim, quatenus de facto praesumptae sunt, decernimus, prout sunt, irritas et inanes, eos etiam, qui beneficia, officia, feuda, castra, villas, oppida et alia bona praedicta praetextu collationum, provisionum, praesentationum, institutionum, confirmationum, permutationum, concessionum, obligationum et alienationum hujusmodi detinent occupata, nisi infra duos menses post praesentium notitiam, quos eis pro peremptorio termino assignamus, libere et expedite dimiserint et dicto Johanni

Episcopo vel ejus procuratori, in quantum ad eum et dictam mensam pertinent et de jure debentur, restituerint, excommunicationis incurrant sententiam ipso facto; vassallos insuper et feudatarios et subditos Ecclesiae et Episcopi Frisingensis, qui est pro tempore praedictorum, ac quosvis Nobiles et Universitates a confederationibus, colligationibus, pactis et promissionibus cum dicto Leutoldo intruso et quibuscunque aliis personis occasione praedictarum factis et initis quoquomodo, ac juramentis praestitis super eis, quae ipso jure nulla sunt et existunt eo ipso, ad cautelam absolvimus et esse volumus absolutos, citantes nihilominus dictum Leutoldum intrusum sub poenis praedictis, ut infra praedictum terminum trium mensium conspectui apostolico personaliter se praesentet, pro meritis recepturus. — Et si praefati intrusus et Capitulum, in reprobum sensum dati, in hujusmodi eorum obstinata protervia forte perstiterint, civitatem Frisingensem praedictam civitatis honore, si et prout eorum excessus et contumacia exegerint, privabimus, et Episcopalem sedem, qua propter praedictos excessus exhibent nec immerito se indignos, ad locum alium transferemus, ut eorum culpa, dum dignam sedis ipsius senserint ultionem, non transeat posteris in exemplum, sed potius in terrorem.

Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostrarum intentionis, voluntatis et constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Avinione decimo sexto Kalendas Septembris, Pontificatus nostri anno sexto.

In eodem modo:

Clemens Episcopus etc.

Venerabilibus fratribus . . . . Archiepiscopo Rigensi <sup>5)</sup>  
et . . . . Episcopo Rejensi <sup>6)</sup> ac . . . . Archidiacono

<sup>5)</sup> Erzbischof von Riga war von 1340 — 1347 Engelbrecht v. Dahlen.

<sup>6)</sup> Das Bisthum Riez in Frankreich.

de Revensen in Ecclesia Verdensi salutem et apostolicam benedictionem.

Nuper contra Leutoldum de Scawberg <sup>7)</sup>, intrusum in Ecclesia Frisingensi, eique adhaerentes quemdam processum fecimus tenoris et continentiae subsequens: *Clemens Episcopus servus servorum Dei. Ad futuram rei memoriam* etc. usque *sed potius in terrorem*. Quocirca mandamus, quatenus vos, vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios tam saeculares quam regulares, cujuscunque praeminentiae, dignitatis, status, ordinis vel conditionis existant, etiamsi de eorum ordinibus et nominibus propriis oporteat in praesentibus fieri mentionem, quibus vel eorum alicui nullas indulgentias vel privilegia apostolica in hac parte, quin ad publicationem praesentium et executionem ac observantiam contentorum in eis efficaciter teneantur, nolimus suffragari, quos ad hoc praemissis non obstantibus per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compellatis, eundem processum nostrum et omnia in eo contenta in locis, in quibus expedire videritis, solemniter publicantes, ipsum etiam processum vel litteras nostras patentes, sigillis nostris sigillatas, praesentium seriem continentes, ostiis ecclesiarum et monasteriorum aut aliorum locorum affigi vel apponi faciendo, dictum intrusum et omnes adhaerentes eidem ad restitutionem fructuum et reddituum praedictorum vel eorum satisfactionem plenariam, si non extant, ac censuarios, colonos, inquilinos et pensionarios praefatos ad dandum et solvendum integre dicto Johanni Episcopo vel suis procuratoribus ejus nomine census, pensiones aliosque redditus et proventus et obventiones ac quaevis alia, quocunque nomine censeantur et in quibuscunque consistant, spectantia ad mensam praedictam, per censuram eandem ac alias poenas spirituales et temporales compellere appellatione remota curetis, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii saecularis contra intrusum et adhaerentes praefatos, cujuscunque status, ordinis vel conditionis existant, etiamsi Pontificali vel inferiori digni-

---

<sup>7)</sup> Schaumberg.

tate praefulgeant, debita super hoc erga fulgentes dignitate hujusmodi secundum exigentiam juris modestia observata, quamdiu in hujusmodi rebellione et pertinacia perstiterint, et alios omnes et singulos participantes cum eis manum ecclesiasticam fortius aggravando, si hoc expedire videritis et hoc exegerit protervia eorundem, facientes de publicatione hujusmodi publica confici instrumenta, praefato Episcopo vel ejus procuratori suo nomine quam citius assignanda, personas etiam ecclesiasticas ac nobiles et consules, vassallos et subditos praefatae Ecclesiae ac Universitates supradictas et alios quoscunque, quos dicti processus vestri et contentorum in eo contemptores in aliquo inveneritis seu rebelles publice vel occulte, communiter vel divisim, privationis, inhabilitationis ac poenas alias quascunque, prout eos concernunt, si et quando ac quotiens expedire videritis, incurrisse nunciatis, et per alios saeculares et regulares, ut praemittitur, faciatis publice nunciari.

Caeterum volumus ac praesentium vobis auctoritate committimus, quatenus vos aut singuli vestrum per vos vel alium seu alios in omnibus civitatibus, castris, villis, opidis et locis aliis, ad quae praefatus Leutoldus intrusus et praenominatae personae rebelles ac participantes cum eis et adhaerentes eisdem vel aliquis praedictorum pervenerint, rebellione hujusmodi durante, quamdiu ibidem fuerint et per triduum post eorum abinde recessum, cessari faciatis penitus a divinis, ut saltem hujusmodi rubore suffusi per satisfactionis debitum et obedientiae spiritum ad devotionem Ecclesiae et reconciliationis gratiam dimisso penitus devio devotius et obedientius revertantur. Contradictores censura simili appellatione postposita compescendo. Non obstante, si aliquibus communiter vel divisim a praedicta sit Sede indultum, quod interdicti, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

Datum ut supra.

## 25.

Papst Clemens VI. verleiht das erledigte Bisthum  
Freyfing dem Bischof Albert von Würzburg.

7. Oct. 1349.

(Ex Regesto litterarum Clementis PP. VI. Anni VIII. Tom. I. part. I.  
pag. 51.)

Clemens Episcopus servus servorum Dei.

Dilecto filio Alberto <sup>1)</sup> electo Frisingensi salutem et  
apostolicam benedictionem.

Providentia Regis aeterni, cujus inscrutabili altitudine  
in regno mundi ordinationem suscipiunt universa, supremae  
dignitatis fastigio licet immeriti praesidentes, ad universas  
orbis ecclesias aciem nostrae considerationis extendimus et  
pro earum statu salubriter dirigendo apostolici favoris auxi-  
lium adhibemus, de illis vero propensius cogitare Nos con-  
venit, quae viduitatis deplorant incommoda, ut juxta cor  
nostrum nunc per simplicis provisionis officium, nunc vero  
per ministerium translationis accommodae, prout persona-  
rum, locorum et temporum qualitas exigit, Divina suffra-  
gante clementia singulis ecclesiis Pastores praeficiantur  
ydonei, per quorum prudentiam et doctrinam ecclesiae ipsae  
salubriter et utiliter gubernentur et in statu prospero flo-  
reant et accrescant.

Cum itaque Ecclesia Frisingensis per obitum bonae  
memoriae Johannis Episcopi Frisingensis, qui nuper apud  
Sedem apostolicam fuit viam universae carnis ingressus,  
apud Sedem eandem vacare noscatur ad praesens, nullus-  
que praeter Nos de provisione ipsius Ecclesiae hac vice  
se intromittere possit, pro eo, quod Nos diu ante vacatio-  
nem ejusdem provisiones omnium ecclesiarum cathedralium,  
tunc apud Sedem praedictam vacantium et vacaturarum, in  
antea dispositioni et ordinationi nostrae duximus specialiter  
reservandas, decernentes ex tunc irritum et inane, si secus

---

<sup>1)</sup> Albert II., ein Graf von Hohenberg und Haigerloch, war der 35.  
Bischof in Freyfing. Er starb den 25. April 1359. Vgl. Beyträge  
Bd. I. S. 19, 51, 82, 135 und 185.

super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari; Nos ad provisionem ipsius Ecclesiae celerem et felicem, ne longae vacationis exponeretur incommodis, paternis et sollicitis studiis intendentes, cupientes quoque ipsi Ecclesiae Frisingensi talem praeesse personam, quae sciret, posset et vellet eam praeservare a noxiis et adversis ac in suis manutenere juribus et etiam adaugere, post deliberationem, quam super hoc habuimus cum fratribus nostris diligentem, demum ad te, tunc Electum Herbipolensem, clericali dumtaxat caractere insignitum, consideratis grandium virtutum meritis, quibus personam tuam Altissimus insignivit, convertimus oculos nostrae mentis.

Intendentes itaque, tam dictae Frisingensi Ecclesiae, quam gregi Dominico ejusdem salubriter et utiliter providere, te a vinculo, quo ipsi Herbipolensi Ecclesiae, cui tunc preeras, tenebaris, de fratrum nostrorum consilio et apostolicae potestatis plenitudine absolventes, te ad praefatam Ecclesiam Frisingensem transferimus teque illi praeficimus in Episcopum et Pastorem, curam et administrationem ejusdem Frisingensis Ecclesiae tibi tam in spiritualibus quam in temporalibus plenarie committendo liberamque tibi dando licentiam, ad praefatam Frisingensem Ecclesiam transeundi, firma spe fiduciaque conceptis, quod, dirigente Domino actus tuos, praefata Frisingensis Ecclesia per tuae industriae ac circumspectionis fructuosum studium regetur utiliter et prospere dirigetur, grataque in eisdem spiritualibus et temporalibus auctore Domino suscipiet incrementa.

Jugum igitur Domini tuis impositum humeris suscipiens reverenter et suavi ejus oneri humiliter colla submittens, ipsius Frisingensis Ecclesiae sollicitam curam geras, gregem Dominicum in illa tuae vigilantiae creditum doctrina verbi et operis informando, ita quod eadem Frisingensis Ecclesia gubernatori circumspecto et fructuoso administratori gaudeat se commissam ac bonae famae tuae odor ex laudabilibus tuis actibus latius diffundatur, tuque proinde retributionis aeternae praemium, nostrae benedictionis augmentum ac Sedis praefatae gratiam uberius consequi merearis.

Datum Avinione Nonis Octobris, Pontificatus nostri anno octavo.

In eundem modum scriptum est: Dilectis filiis Capitulo Ecclesiae Frisingensis salutem et apostolicam benedictionem.

*Providentia Regis* etc. usque *incrementa*. Quocirca universitati vestrae per apostolica scripta mandamus, quatenus eidem Electo, tamquam Patri et Pastori animarum vestrarum, humiliter intendentes ac exhibentes ei obedientiam et reverentiam debitam et devotam, ejus salubria monita et mandata curetis devote suscipere et efficaciter adimplere. Alioquin sententiam, quam idem Electus rite tulerit in rebelles, ratam habebimus et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari.

Dat. ut supra.

In eodem modo: Dilectis filiis clero civitatis et diocesis Frisingensis etc.

*Providentia* etc. usque *incrementa, ut in proxima per totum usque in finem*.

In eodem modo: Dilectis filiis populo civitatis et diocesis Frisingensis etc.

*Providentia* etc. usque *incrementa*. Quocirca universitatem vestram rogamus, monemus et hortamur attente, per apostolica vobis scripta mandantes, quatenus eundem Electum tamquam Patrem et Pastorem animarum vestrarum devote suscipientes et debita honorificentia prosequentes, ipsius monitis et mandatis salubribus humiliter intendatis, ita quod ipse in vobis devotionis filios, et vos subsequenter in eo Patrem invenisse benevolum gaudeatis.

Dat. ut supra.

In eodem modo: Dilectis filiis universis vassallis Ecclesiae Frisingensis salutem etc.

*Providentia* etc. usque *suscipiet incrementa*. Quocirca discretioni vestrae per apostolica scripta mandamus, quatenus eundem Electum debita honorificentia prosequentes, ei fidelitatem solitam, nec non consueta servitia et jura sibi a vobis debita exhibere integre studeatis. Alioquin sententiam sive poenam, quam idem Electus rite tulerit



seu statuerit in rebelles, ratam habebimus et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari.

Dat. ut supra.

In eodem modo: Venerabili fratri . . . . . Archiepiscopo Salzeburgensi etc.

Ad cumulum tuae cedit salutis et famae, si personas ecclesiasticas, praesertim pontificali dignitate praeditas, Divinae propitiationis intuitu oportuni praesidii et favoris gratia prosequaris. Cum igitur, ut idem Electus in commissa sibi Ecclesiae Frisingensis praedictae cura facilius proficere valeat, tuus favor sibi esse noscatur plurimum opportunus, fraternitatem tuam rogamus et hortamur attente, per apostolica tibi scripta mandantes, quatenus Electum et Ecclesiam Frisingensem praedictos, jure metropolitico tibi subjectos, habens pro nostra et apostolicae Sedis reverentia commendatos, in ampliandis et conservandis juribus suis sic cum tui favoris auxilio prosequaris, quod ipse in commissae sibi Ecclesiae Frisingensis praefatae<sup>2)</sup> se possit utilius exercere, tuque Divinam misericordiam et benevolentiam dictae Sedis exinde uberius valeas promereri.

Dat. ut supra.

In eodem modo: Carissimo in Christo filio Carolo, Regi Illustri Romanorum etc.

Gratiae divinae praemium et praeconium humanae laudis acquiritur, si per saeculares Principes ecclesiarum Praelatis, praesertim cathedralium regimini praesidentibus, honor debitus impendatur. *Cum itaque Ecclesia usque incrementa.* Cum itaque, fili carissime, sit virtutis opus, Dei ministros benigno favore prosequi ac eos pro Regis aeterni gloria venerari, Serenitatem regiam rogamus et hortamur attente, quatenus eundem Albertum Electum et praefatam Frisingensem Ecclesiam suae curae commissam habens pro nostra et apostolicae Sedis reverentia propensius commendatos, ipsos benigni favoris auxilio prosequaris, ita quod idem Electus, tuae Celsitudinis fultus auxilio, in commisso sibi curae pastoralis regimine possit Deo propitio

<sup>2)</sup> Hier scheint das Wort regimine zu fehlen.

prosperari ac tibi exinde perennis vitae praemium et a Nobis condigna proveniat actio gratiarum.

Datum ut supra.

## 26.

Papst Clemens VI. ermächtigt den Bischof Albert von Freysing, alle Personen seines Bisthums, welche durch ihre Anhänglichkeit an Kaiser Ludwig in Kirchenstrafen verfallen sind, von diesen gegen Leistung eines Eides loszusprechen.

19. Juni 1351.

(Ex Regesto litterarum Clementis PP. VI. Anni X. Tom. III. par. 2 pag. 40.)

Clemens Episcopus servorum Dei.

Dilecto filio Alberto Electo Frisingensi salutem et apostolicam benedictionem.

Romanus Pontifex, misericordis Christi Vicarius, libenter subditis miseretur errantibus, illisque potissime, qui ad eum post lapsum eorum in devium contritis et humiliatis cordibus revertuntur, aperit clementiae suae sinum.

Sane petitio pro parte tua Nobis exhibita continebat, quod nonnulli ecclesiarum et monasteriorum Abbates et alii inferiores Praelati et clerici, ecclesiasticaeque personae saeculares et regulares, exempti et non exempti, diversorum ordinum, nec non Duces, Marchiones, Comites et Barones, ac milites et laici, communia quoque et universitates oppidorum, castrorum, terrarum et aliorum locorum tuarum civitatis et dioecesis Frisingensis pro eo, quod post et contra nostros et praedecessorum nostrorum Romanorum Pontificum processus adversus quondam Ludovicum de Bavaria haeticum et scismaticum manifestum ejusque fautores, complices et sequaces ac adhaerentes eidem hactenus habitos, eidem Ludovico adhaeserunt, seu consilium, auxilium vel favorem praestiterunt aut participarunt, non tamen in haeresis aut scismatis crimine, cum eodem excommunicationis, suspensionis et interdicti et alias poenas et sententias incurrerunt, per eosdem processus contra talia praesumentes generaliter promulgatas. Quare pro parte tua fuit Nobis humiliter supplicatum, ut cum Abbates, Praelati

et alii supradicti ad unitatem et mandram sanctae Romanae et universalis Ecclesiae, extra quam non est alicui gratia, redire cupiant atque velint, et dilecti filii, clerus et populus tuarum civitatis et dioecesis praedictarum te, de cujus persona Ecclesiae Frisingensi tunc vacanti nuper duximus providendum, tamquam Patrem et Pastorem animarum suarum juxta directarum eisdem super hoc continentiam litterarum, humiliter et devote susceperunt, teque ad ipsam Ecclesiam et liberam administrationem honorum et jurium ejus in spiritualibus et temporalibus admiserunt pacifice et quiete, eisdem Abbatibus, Praelatis et aliis supradictis sic ligatis aperire apostolicae misericordiae januam dignaremur.

Nos itaque illius exemplo, qui omnes quaerit salvos fieri et neminem vult perire, tuis in hac parte supplicationibus inclinati ac de tua circumspectione in hiis et aliis plenam in Domino fiduciam obtinentes, absolvendi auctoritate nostra hac vice juxta formam Ecclesiae Abbates, Praelatos et alios supradictos ac singulos eorum ab omnibus et singulis excommunicationis, suspensionis et interdicti et aliis sententiis atque poenis, quas propter praemissa vel eorum occasione quomodolibet incurrerunt, si excessus eorum humiliter recognoverint et absolutionem devote petierint, et in forma subscripta praestiterint corporaliter juramentum, imponendi quoque eis, pro praemissis poenitentiam salutarem et alia, quae tibi videbuntur injungenda, nec non interdicta, si quibus eorum terrae ac civitas, oppida, castra et loca praedicta ex causis hujusmodi subjacent, suspendendi et relaxandi, et nihilominus cum dictis Abbatibus, Praelatis, clericis et personis ecclesiasticis super irregularitate, quam divina, non tamen in contemptum clavium, celebrando vel immiscendo se illis aut praemissorum occasione contraxerunt, nec non super executione quorumcunque ordinum per eos sic ligatos interim susceptorum dispensandi, ipsosque habilitandi et in integrum restituendi ad statum, in quo essent, nisi in praefatas poenas et sententias incidissent, ipsis tamen primitus ad aliquod tempus majus vel minus, prout tibi videbitur expedire secundum singulorum demerita, a divinis suspensis, plenam tibi concedimus tenore praesentium facultatem.

Volumus autem, quod super absolutione, praesertim majorum et notabilium hujusmodi personarum, et juramenti in forma praedicta praestatione confici facias publicum instrumentum, quodque in hujusmodi absolutionibus, suspensionibus, relaxationibus et aliis praedictis per te super hiis faciendis adicias specialiter et expresse, quod, si aliquis praedictorum, postquam per te absolutus fuerit, ut praefertur, et interdictum, cui terrae suae subjacent, fuerit relaxatum aut suspensum, contra ea vel aliquod eorum, quae promittet et jurabit, veniret, in easdem relabatur sententias ipso facto, et terrae suae hujusmodi interdicto subiaceant sicut prius. — Forma autem confessionis faciendae et juramenti praestandi per illos, qui absolventur, talis est: Ego confiteor, me tenuisse et tenere fidem catholicam, et credere et tenere, quod credit, tenet et docet sancta Mater Ecclesia, et credidisse et adhuc firmiter credere, quod non spectat ad Imperatorem, Papam seu summum Pontificem deponere et alium eligere vel creare, sed hoc haereticum reputo et haeresim damnatam per Ecclesiam supradictam. Insuper ad sancta Dei Evangelia juro, quod stabo et parebo mandatis Domini nostri Domini Clementis divina providentia Papae sexti et Ecclesiae Romanae super illatis injuriis, contumaciis et rebellionibus, fautoriis et aliis implicate vel explicite per me commissis, confessatis et non confessatis, ac caeteris poenis, quas incurri, ab homine vel a jure propter praemissa vel ea tangentia prolatis, quod eidem Domino Papae ejusque successoribus canonice intransibus fidelis ero de caetero, eisque debitam reverentiam et obedientiam exhibebo. Domino propterea Carolo Regi Romanorum tamquam Regi Romanorum et per eandem Ecclesiam approbato obediam et parebo, et filiis dicti Ludovici, quamdiu in rebellionem ipsius Ecclesiae perstiterint et praefato Domino Carolo ut Regi non obedierint, ac haereticis et scismaticis, aut eorum sequacibus per dictam Ecclesiam denotatis non adhaerebo nec favebo, nec quibuscunque aliis contra dictum Dominum Papam, Ecclesiam et Regem praedictos dabo consilium, auxilium vel favorem, directe vel indirecte, publice vel occulte, quodque deinceps nulli ut Imperatori obediam vel adhaerebo,

nisi ille primitus fuerit per eandem Ecclesiam approbatus, et cum eisdem et filiis dicti Ludovici, aut quibuscunque aliis in rebellionem ipsius Ecclesiae existentibus contra Ecclesiam et Regem praedictos colligationem, obligationem, conspirationem faciam sive ligam. Volo et consentio, quod, si contingat, quod absit, in posterum me contra praedicta, quae confessus sum et propter quae sententias excommunicationis, suspensionis et interdicti prolatas ab homine vel a jure, vel eorum aliquod ulterius facere contra juramentum per me praestitum veniendo, in praedictas sententias recidam ipso facto.

Datum Avinione decimo tertio Kalendas Julii, Pontificatus nostri anno decimo.

## 27.

Papst Clemens VI. unirt die Pfarrei Lach auf Ansuchen des Bischofs Albert dem damals stark beschädigten und mit Schulden belasteten Hochstifte Freysing.

19. Jun. 1351.

(Ex Regesto litterarum Clementis PP. VI. Anni X. Tom. III. par. 2 pag. 36.)

Clemens Episcopus servus servorum Dei.

Dilecto filio Alberto Electo Frisingensi salutem et apostolicam benedictionem.

Meritis tuae devotionis, quam ad Nos et Romanam Ecclesiam geris, inducimur, ut petitionibus tuis in hiis maxime, quae tuas et Ecclesiae tuae oportunitates respiciunt, favorabiliter annuamus.

Sane petitio pro parte tua Nobis exhibita continebat, quod propter diutinam absentiam bonae memoriae Johannis Episcopi Frisingensis praedecessoris tui, non valentis in sua Frisingensi Ecclesia ob temporis tunc currentis malitiam residere, Ecclesia ipsa per nonnullos tyrannos illarum partium in suis bonis et juribus multipliciter oppressa, magnisque debitorum oneribus pergravata ac ipsius aedificia diruta et collapsa existunt et insuper redditus mensae tuae Episcopalis Frisingensis propter maximam mortalitatis pe-

stem, quae in illis partibus viguit, sunt adeo diminuti, quod praedicta debita solvere ac aedificia reformare et alia tibi incumbentia onera supportare non posses, nisi tibi super hiis per apostolicae Sedis gratiam de benignitate solita consulatur. Quare Nobis humiliter supplicasti, ut pro reparatione aedificiorum ac solutione debitorum hujusmodi parrochiam ecclesiam in Lok Aquilegensis dioecesis <sup>1)</sup> ad praesentationem . . . . . Episcopi Frisingensis, qui est pro tempore, pertinentem tibi et mensae tuae praedictae annectere et unire perpetuo dignaremur.

Nos itaque hujusmodi tuis et ipsius Ecclesiae tuae cupientes necessitatibus providere, tuis supplicationibus inclinati praedictam parrochiam ecclesiam cum omnibus juribus et pertinentiis suis tibi et mensae tuae Episcopali praedictae auctoritate apostolica in perpetuum annectimus et unimus, ita quod cedente vel decedente Rectore, qui nunc est, ipsius ecclesiae, vel alias ipsam ecclesiam quomodolibet dimittente, liceat tibi auctoritate propria per te vel alium seu alios possessionem corporalem ipsius ecclesiae libere apprehendere ac licite retinere, Dioecesani loci et cujuscunque alterius licentia minime requisita. Reservata tamen primitus et assignata per loci Ordinarium de ipsius Ecclesiae redditibus et proventibus perpetuo Vicario inibi Domino servituro in ecclesia canonice instituendo congrua portione, ex qua idem Vicarius valeat commode sustentari, episcopalia jura solvere aliaque sibi incumbentia onera supportare. Non obstantibus, si aliqui super provisionibus sibi faciendis de hujusmodi ecclesiis vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus speciales vel generales apostolicae Sedis vel Legatorum ejus litteras impetrarint, etiamsi per eas ad inhibitionem, reservationem et decretum vel alias quomodolibet sit processum, quas litteras et processus habitos per easdem ad praefatam parrochiam ecclesiam volumus non extendi, sed nullum per hoc eis quoad assecutionem ecclesiarum et aliorum beneficiorum praejudicium generari, seu quibuscunque privilegiis, indul-

<sup>1)</sup> Vgl. die älteren Matrizen Bb. III. S. 229.

gentiis et litteris apostolicis generalibus vel specialibus, quorumcunque tenorum existant, per quae praesentibus non expressa vel totaliter non inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet vel deferri, et de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Nos enim irritum decernimus et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostrae annexionis, unionis et constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire; siquis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Avinione decimo tertio Kalendas Julii, Pontificatus nostri anno decimo.

## 28.

Papst Innocenz VI. ertheilt dem Patriarchen von Aquileja das Commissorium, in einem Streite des Bischofs Albert von Freysing mit dem Lehenträger seiner Hofmark Godego nach vorausgegangener Untersuchung zu sprechen, was Rechtens ist.

1. Oct. 1353.

(Ex Regesto litterarum communium Innocentii PP. VI. anni I. Tom. I. part. 2. pag. 497.)

Innocentius <sup>1)</sup> Episcopus servus servorum Dei.

Venerabili fratri . . . . . <sup>2)</sup> Patriarchae Aquilegensi salutem et apostolicam benedictionem.

Petitio dilectorum filiorum nobilium virorum Jacobini de Carraria, Domicelli Paduani, tutoris dilectorum filiorum nobilium Marsilii, Nicolai et Karoli Ubertini, quondam Jacobi de Carraria Domicelli filiorum pupillorum Paduan., suo et tutorio ipsorum pupillorum nomine, ac Francisci de Car-

<sup>1)</sup> Innocenz VI. wurde den 1. Dec. 1351 zum Papste erwählt und am 30. des nämlichen Monats und Jahres gekrönt. Er starb den 11. Sept. 1362.

<sup>2)</sup> Nicolaus von Lurenburg, Patriarch von 1350 — 1358.

v. Denningers Beiträge zc. II.

raria, ejusdem Jacobi filii Domicelli Paduani, Nobis exhibita continebat, quod, licet quondam Ubertinus de Carraria miles et alii progenitores ipsorum Jacobini, Francisci et pupillorum ipsorum, quorum ipsi Jacobinus, Franciscus et pupilli haeredes existunt, castrum Godegi <sup>5)</sup>, dicti Gutici, Tervisinae dioecesis, ad mensam Episcopalem Frisingensem directo dominio pertinens, cum castellano, villis, curia, jurisdictionibus et omnibus juribus et pertinentiis dicti castrum ab antiquo tenuissent et tenere consuevissent in faeudum perpetuum ab Episcopis Frisingensibus, qui fuerunt pro tempore, et olim dicto Ubertino, qui ultimo dictum castrum in faeudum ut praemittitur tenuit, de hac luce subtracto, ac venerabili fratre nostro Alberto Episcopo Frisingensi ad Ecclesiam Frisingensem tunc vacantem de novo promotum, pro parte Jacobi, suo et dictorum pupillorum nomine, et Francisci praedictorum fuisset coram eodem Alberto propositum, quod dicti Ubertinus et alii progenitores dictorum Jacobini, Francisci et pupillorum, quorum haeredes existebant, praedictum castrum cum castellano, villis, curia, jurisdictionibus et omnibus juribus et pertinentiis suis ab antiquo tenuerant et tenere consueverant in feudum ab Episcopis Frisingensibus, qui pro tempore fuerant, et quod faeudum ipsum seu utile dominium castrum, castellani, villae, curiae, jurisdictionis, jurium et pertinentiarum praedictarum ad ipsos Jacobinum, Franciscum et pupillos praedictos pro reliqua dimidia partibus indivisis legitime pervenerat, et super hiis nonnulla publica instrumenta super concessionibus dicti feudi a praedecessoribus ipsius Alberti, Episcopis Frisingensibus, qui fuerunt pro tempore, dictis Ubertino et progenitoribus canonice factis confecta, coram eodem Alberto fuissent exhibita et ostensa, ipsique Alberto Episcopo infra tempus legitimum supplicatum legitime extitisset, ut eis, videlicet Jacobino, suo et tutorio nomine, pro praedictis pupillis et Francisco praefatis hujusmodi feudum

---

<sup>5)</sup> Godegi (Gulaga, Gudigi) in der Mark Treviso kommt als freysingische Besitzung in Meichelb. hist. fris. Tom. II. part. 1. p. 53 und 180 vor.



communiter pro praedictis partibus renovare, ipsosque pro se et ipsorum ac dictorum pupillorum haeredibus, prout singulos eorum pro dictis partibus contingebant, de castro, castellano, villis, curia, jurisdictionibus et omnibus juribus et pertinentiis suis supradictis communiter investire juxta ipsius foedi consuetudinem dignaretur, ac etiam pro ipsorum parte oblatum fuisset, Jacobinum dictis nominibus et Franciscum eisdem paratos fore, realiter et cum effectu recognoscere foedum ipsum ab ipso Episcopo et Ecclesia Frisingensi, ipsique Episcopo homagium et fidelitatis debita solitum juramentum praestare, et omnia et singula facere et praestare, ad quae juxta naturam et consuetudinem dicti foedi tenebantur, et quae per Ubertinum et alios progenitores praedictos, qui foedum ipsum, ut praemittitur, tenuerunt pro tempore, praestari et fieri consueverant, et alias etiam de praemissis omnibus sic coram eodem Episcopo propositis, si et quatenus foret expediens, facere plenam fidem; quia tamen praefatus Episcopus eos super hiis audire dictasque renovationem et investituram eis facere contra justitiam et absque causa rationabili denegavit, pro parte Jacobini suo et tutorio nomine praedictis et Francisci praedictorum exinde sentientium indebite se gravari, ad Sedem fuit apostolicam appellatum.

Cum autem, sicut eadem petitio subjungebat, praefatus Jacobinus dictis nominibus et Franciscus propter potentiam dicti Alberti Episcopi, quia, sicut asserunt, merito perhorrescunt, non sperent in provincia Salzeburgensi, de qua Ecclesia praefata Frisingensis existit, nec in circumstantibus civitatibus et dioecesibus posse consequi justitiae complementum, pro parte dictorum Jacobini eisdem nominibus et Francisci fuit Nobis humiliter supplicatum, ut providere ipsis super hiis de oportuno remedio dignaremur. Quocirca fraternitati tuae per apostolica scripta mandamus, quatenus vocatis, qui fuerint evocandi, et auditis hinc inde propositis, quod justum fuerit, appellatione remota decernas, faciens, quod decreveris, auctoritate nostra firmiter observari. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, per censuram ecclesiasticam simili appellatione cessante compellas, veritati testimonium

perhibere. Non obstantibus felicis recordationis Bonifacii Papae octavi praedecessoris nostri, qua cavetur, ne aliquis auctoritate litterarum apostolicarum ultra unam dietam a fine suae dioecesis ad iudicium evocetur, et de duabus dietis in concilio generali, et aliis quibuscunque constitutionibus in contrarium editis, per quas tuae jurisdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri. Seu si aliquibus communiter vel divisim a Sede apostolica sit indultum, quod interdicti, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas, non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

Datum Avinione Kalendis Octobris, Pontificatus nostri anno primo.

## 29.

Papst Innocenz VI. befiehlt dem Bischof Paulus von Gurk (nachmaligem Bischof von Freysing), die Einbringung der in mehreren Bisthümern (auch im Bisthum Freysing) ausgeschriebenene Decimationssteuer zu betreiben.

13. März 1358.

(Ex Regesto litterarum camerarum Innocentii PP. VI. Anni VI. Tom. II. p. 114.)

Innocentius Episcopus servus servorum Dei.

Venerabili fratri Paulo <sup>1)</sup> Episcopo Gurcensi, apostolicae Sedis Nuncio, salutem et apostolicam benedictionem.

Praesidentis laudanda solertia designatur, per quem omnia exigenda suis circumspectis prudentiis exequantur.

<sup>1)</sup> Paul von Harrach, österreichischen Adels, war v. J. 1354 — 1359 Bischof in Gurk. Im letzteren Jahre wurde er, wie die nachfolgende Urkunde (Nr. 30) zeigt, als Bischof nach Freysing versetzt. Leardi nennt ihn Paul Braunspeck und gibt irrig an, daß er von Gurk nach Briven gekommen sey. — S. Pet. Leardi's Reihe der Erzbischöfe von Salzburg und der Bischöfe von Gurk, Lavant und Leoben etc. (Grätz 1818), S. 81. Vgl. Sinnachers Gesch. d. Bisth. Briven (Bd. V. S. 410 u. 411) u. Austria sacra (Bd. V. S. 212 u. 525.)

Pridem etenim Nos perplexi importabili sarcina multiplicium expensarum, quas in haereticorum et infidelium aliorum repressione Nos subire oportuerat et oportet, in venerabilis fratris nostri Petri <sup>2)</sup> Episcopi Laventinensis civitate et dioecesi Praelatis et personis ecclesiasticis inter caeteras civitates et dioeceses decimam imposuimus triennalem, per eum a se et ab aliis exigendam et tradendam compromittere duceremus, post cujusmodi impositionem fuimus requisiti, ut ipsam decimam in duobus caritativis subsidiis convertere dignaremur, prout sub certo modo exigendi subsidii permisimus, et non ultra, cujusmodi subsidii praestationem ipse Episcopus, quaedam praetendendo excusationum velamina infructuosa, dinoscitur distulisse, in nostrae camerae praefatae mole sumptuum valde pressae praejudicium et gravamen. Cujus camerae Nos cupientes merito indempnitatibus praecavere, fraternitati tuae per apostolica scripta sub excommunicationis sententiae poena, quam te, si in hiis negligens fueris vel remissus, incurrere volumus ipso facto, districte praecipiendo mandamus, quatenus per te vel alium seu alios ab eodem Episcopo omnes et singulas pecuniarum quotas et summas pro terminis jam elapsis eundem Episcopum contingentes, et quas ipsum habebunt contingeré in futurum, sub terminis in impositionis dictae decimae litteris explicatis petere, exigere et habere cum integritate procures, eundem Episcopum, si infra duorum mensium spatium a praesentatione quarumdam litterarum per Nos eidem mittendarum continue computandum de quotis totius temporis dictae triennalis decimae jam elapsis tibi minime persolventem, sententiis per Nos contra eundem latis excommunicatum faciens publice nunciari. Contradictores, cujuscumque gradus vel conditionis existant, etiamsi archiepiscopali vel episcopali vel qualibet alia praeferantur dignitate, auctoritate nostra per censuram ecclesiasticam appellatione postposita, quam etiam Nos ex certa scientia postponimus, viriliter compescendo. Non obstan-

---

<sup>2)</sup> Er war Bischof in Lavant vom Jahre 1348 bis 1366 († 26. Jan. 1366). Vgl. Searbi's Reihe n. S. 131.

tibus quibuscunque ordinationibus, privilegiis vel statutis apostolicis contrariis ad praemissa. Seu si eidem Episcopo vel quibusvis aliis conjunctim vel divisim a Sede apostolica sit indultum, quod excommunicari vel interdici nequeant aut suspendi per litteras apostolicas, non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Insuper tibi de hiis, quae receperis, quitandi et liberandi eundem Episcopum concedimus facultatem. De illis vero, quae recipere te continget, duo confici faciens publica instrumenta, quorum altero quorum (sic!), quos tanget, relicto reliquum nostrae praefatae camerae mittere non postponas.

Datum Avinione tertio Idus Martii, Pontificatus nostri anno sexto.

Item simili modo eidem Paulo Episcopo Gurcensi scribitur pro venerabili fratre Gotfrido <sup>3)</sup> Episcopo Pataviensi et sub eadem data.

Item simili modo eidem Episcopo scribitur pro venerabili fratre Gerhohij <sup>4)</sup> Episcopo Chymensi. Sub eadem data.

Item simili modo eidem Episcopo scribitur pro venerabili fratre Mathia <sup>5)</sup> Episcopo Brixinensi sub eadem data.

---

<sup>3)</sup> Gottfried, Baron von Weiffeneck aus Steyermark, ein Bruder des Erzbischofs Ortolph von Salzburg, war vom Jahre 1342 bis zum 15. Sept. 1362 (seinem Todestage) Bischof in Passau. In Jos. Schöller's Schrift: Die Bischöfe von Passau und ihre Zeitereignisse (Passau 1844) heißt es S. 91: „Papst Innocenz VI. forderte im Jahre 1357 den zehnten Theil eines Jahresbetrages von Deutschlands Klerus zur Bestreitung der Kriegskosten; allein weil Bischof Gottfried hierin saumselig war, wurde er excommunicirt und erst im folgenden Jahre wurde er vom Bischof Paul zu Gurk als päpstlichen Nuntius und Collecteur im Erzbisthume Salzburg wieder absolvirt.“ — Vgl. Buchingers Geschichte des Fürstenthums Passau, Bd. II. S. 30 — 47.

<sup>4)</sup> Gerhoh von Waldeck, Dombachant in Salzburg, wurde nach Conrad II. (v. Lichtenstein) im Jahre 1254 Bischof von Chiemssee und blieb es bis zum Jahre 1259. Vgl. diese Beitr. Bd. I. S. 218.

<sup>5)</sup> In Brixen war Matthäus (nicht Mathias) Kenzmann Bischof vom

Item simili modo scribitur eidem Episcopo Gurcensi pro venerabili fratre . . . . Episcopo Ratisponensi <sup>6)</sup> et sub eadem data.

Item simili modo scribitur eidem Episcopo Gurcensi pro venerabili fratre Alberto <sup>7)</sup> Episcopo Frisingensi, et sub eadem data.

Item simili modo scribitur eidem Episcopo pro venerabili fratre Ortolfo <sup>8)</sup> Archiepiscopo Salzeburgensi sub eadem data.

Item simili modo scribitur eidem Episcopo Gurcensi pro venerabili fratre Ulrico <sup>9)</sup> Episcopo Secoviensi sub eadem data.

## 30.

Papst Innocenz VI. ernennet den Bischof Paulus von Gurk zum Bischof von Freysing.

15. May 1359.

(Ex Regesto litterarum communium Innocentii PP. VI. Anni VII. pag. 32.)

Innocentius Episcopus servus servorum Dei.

Venerabili fratri Paulo <sup>1)</sup> Episcopo Frisingensi salutem et apostolicam benedictionem.

Jahre 1336 — 1363. S. Sinnachers Geschichte des Bisthums Briren, Bd. V. S. 213 — 404.

<sup>6)</sup> Bischof von Regensburg war (v. 1345 — 1368) Friedrich I. ein Burggraf von Nürnberg. Vgl. Schematismus der Erzdiocese München-Freyfing für das Jahr 1824 (S. 31) und Ried. cod. diplom. Ratisb. Tom. I. pag. XV.

<sup>7)</sup> Der hier genannte freysingische Bischof ist Albert II., welcher aber schon sechs Wochen nach dem Erlaß des gegenwärtigen Päpfllichen Commissoriums (am 25. April 1359) mit Tod abging.

<sup>8)</sup> Ortolph von Weiffeneck war v. 1343 — 12. Aug. 1365 Erzbischof von Salzburg. Vgl. diese Beytr. I. 249.

<sup>9)</sup> Ulrich III., gleichfalls ein Freyherr von Weiffeneck, folgte im Bisthum Seccau dem am 28. Sept. 1350 verstorbenen Bischof Rudmar (Halder von Haldeck) und stand demselben bis zum Jahre 1371 († 25. März d. Js) vor. S. Leardi S. 107.

<sup>1)</sup> Ueber den Bischof Paul von Freysing sehe man diese Beyträge Bd. I. S. 19, 51, 82 und 83, 136 und 186.

Credita Nobis dispensationis urgemur officio, ut, qui dispensatione Divina. cunctis ecclesiis potestatis plenitudine praesumus, singularum utilitatibus, cum possumus, sic prospiciamus sollicite, sic vigilanter et salubriter intendamus, ut nostrae attentionis instantiam nunc per simplicis provisionis officium, nunc vero per ministerium translationis accommodae, prout personarum, locorum et temporum qualitas exigit et ipsarum ecclesiarum utilitas persuadet, ecclesiis singulis Pastor idoneus deputetur, ut ecclesiae ipsae superni favoris auxilio suffragante votivae prosperitatis successibus gratulentur.

Dudum siquidem, bonae memoriae Alberto Episcopo Frisingensi regimini Frisingensis Ecclesiae praesidente, Nos cupientes, eidem Ecclesiae, cum vacaret, per apostolicae Sedis providentiam utilem et idoneam praesidere personam, provisionem ipsius Ecclesiae ordinationi et dispositioni nostrae duximus ea vice specialiter reservandam, decernentes ex tunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attentari. Postmodum vero dicta Ecclesia per ipsius Alberti Episcopi obitum, qui extra Romanam curiam <sup>2)</sup> diem clausit extremum, vacante, Nos vacatione hujusmodi fide dignis relatibus intellecta ad provisionem ejusdem Ecclesiae celerem et felicem, de qua nullus praeter Nos hac vice disponere potuit neque potest, reservatione et decreto obstantibus supradictis, ne Ecclesia ipsa longae vacationis subjaceret incommodis, paternis et sollicitis studiis intendentes, post deliberationem, quam de praeficiendo eidem Ecclesiae personam utilem et etiam fructuosam habuimus cum nostris fratribus diligentem, demum ad te, tunc Gurcensem Episcopum, consideratis grandium tuarum virtutum meritis, quibus personam tuam, prout fide dignorum testimonio percepimus, Altissimus insignivit, quodque tu, qui regimini dictae Ecclesiae Gurcensis hactenus laudabiliter praefuisti, eandem Frisingensem Ecclesiam scies et poteris feliciter gubernare, direximus oculos nostrae mentis.

---

<sup>2)</sup> Bischof Albert war am 25. April 1259 in Stein (Bietthums Genstanz) gestorben und liegt in Netzenburg am Nefer begraben.

Intendentes itaque, tam dictae Frisingensi Ecclesiae, quam ejus gregi Dominico salubriter providere, te a vinculo, quo dictae Gurcensi Ecclesiae, cui tunc praeeras, tenebaris, de dictorum fratrum consilio et apostolicae potestatis plenitudine absolventes, te ad praefatam Frisingensem Ecclesiam transferimus teque illi praeficimus in Episcopum et Pastorem, curam et administrationem ipsius tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, liberamque tibi tribuendo licentiam, ad eandem Frisingensem Ecclesiam transeundi, firma spe fiduciaque conceptis, quod ipsa Frisingensis Ecclesia per tuae circumspectionis industriam et providentiam circumspectam salubria suscipiet incrementa. Quocirca fraternitati tuae per apostolica scripta mandamus, quatenus ad praefatam Frisingensem Ecclesiam cum gratia nostrae benedictionis accedens, curam et administrationem praedictas sic diligenter geras et sollicite prosequaris, quod eadem Frisingensis Ecclesia gubernatori circumspecto et fructuoso administratori gaudeat se commissam ac bonae famae tuae odor ex laudabilibus tuis actibus latius diffundatur, tuque praeter aeternae retributionis praemium nostrae benedictionis augmentum ac dictae Sedis gratiam uberius consequi merearis.

Datum Avinione Idibus Maji, Pontificatus nostri anno septimo.

In eodem modo scriptum est:

Innocentius Episcopus servus servorum Dei.

Dilectis filiis Capitulo Ecclesiae Frisingensis salutem et apostolicam benedictionem.

*Creditae nobis usque incrementa.* Quocirca universitati vestrae per apostolica scripta mandamus, quatenus eidem Episcopo, tamquam Patri et Pastori animarum vestrarum, humiliter intendentes ac exhibentes sibi obedientiam et reverentiam debitam et devotam, ejus salubria monita et mandata suscipiatis ilariter et efficaciter adimplere curetis. Alioquin sententiam, quam idem Episcopus rite tulerit in rebelles, ratam habebimus et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari.

Dat. ut supra.

In eodem modo: Dilectis filiis clero civitatis et dioecesis Frisingensis etc., *ut in proxima per totum.*

Dat. ut supra.

In eodem modo: Dilectis filiis populo civitatis et dioecesis Frisingensis etc.

*Credita nobis* etc. usque *incrementa*. Quocirca universitatem vestram rogamus et hortamur attente, per apostolica vobis scripta mandantes, quatenus eundem Episcopum tamquam Patrem et Pastorem animarum vestrarum devote suscipientes et debita honorificentia prosequentes, ipsius monitis et mandatis salubribus humiliter intendatis, ita quod ipse in vobis devotionis filios et vos subsequenter in eo Patrem invenisse benevolam gaudeatis.

Dat. ut supra.

In eodem modo: Dilectis filiis universis vassallis Ecclesiae Frisingensis salutem etc.

*Credita nobis* etc. usque *suscipiet incrementa*. Quocirca discretioni vestrae per apostolica scripta mandamus, quatenus eundem Episcopum pro dictae Sedis et nostra reverentia debito prosequentes honore ac ipsius mandatis et monitis efficaciter intendentes, et fidelitatem solitam, nec non consueta servitia et jura a vobis sibi debita exhibere integre studeatis. Alioquin sententiam sive poenam, quam idem Episcopus rite tulerit in rebelles, ratam habebimus et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari.

Dat. ut supra.

In eodem modo: Venerabili fratri . . . . . Archiepiscopo Salzeburgensi etc.

Ad cumulum tuae cedit salutis et famae, si personas ecclesiasticas, praesertim pontificali dignitate praeditas, Divinae propitiationis intuitu oportuni praesidii et favoris gratia prosequaris. *Dudum siquidem* etc. usque *incrementa*. Cum igitur, ut idem Episcopus in commissa sibi Ecclesiae Frisingensis praedictae cura facilius proficere valeat, favor tuus sibi esse noscatur plurimum opportunus, fraternitatem tuam rogamus et hortamur attente, per apostolica tibi scripta mandantes, quatenus eundem Episcopum et commissam sibi dictam Ecclesiam Frisingensem, tibi metropolitico jure subjec-



tam, habens pro nostra et apostolicae Sedis reverentia commendatos, in ampliandis et conservandis juribus suis sic eum tui favoris praesidio prosequaris, quod ipse per tuae auxilium gratiae in commisso sibi dictae Frisingensis Ecclesiae regimine se possit utilius exercere, tuque Divinam misericordiam et ejusdem Sedis benevolentiam valeas exinde uberius promereri.

Dat. ut supra.

In eodem modo: Carissimo in Christo filio Karolo, Imperatori Romanorum semper Augusto salutem etc.

Divinae retributionis praemium et praeconium humanae laudis acquiritur, si Praelatis ecclesiarum, praesertim pontificali dignitate praeditis, condignus honor impenditur et favor necessarius exhibetur. *Dudum siquidem* etc. usque *incrementa*. Cum itaque, fili carissime, sit virtutis opus, Dei ministros, praesertim pontificali dignitate praeditos, benigno favore prosequi et eosdem verbis et operibus pro aeterni Regis gloria venerari, Imperatoriam Majestatem rogamus et hortamur attente, quatenus eidem Episcopo ob reverentiam Sedis praedictae et nostram te sibi reddas favore Imperatorio munificum et in suis oportunitatibus gratiosum, ita quod idem Episcopus, tuae Majestatis fultus auxilio, in commissa sibi cura pastoralis officii possit assidue Deo propitio prosperari, ac tibi exinde a Deo perennis vitae praemium et a Nobis condigna proveniat actio gratiarum.

Dat. ut supra.

### 31.

Bischof Paulus von Freysing dankt dem Papste (Urban VI.) für seine Verwendung bey dem Herzoge Rudolph von Oesterreich wegen Herausgabe der freysingischen Güter.

Zwischen 1363 und 1369 (v. 13. Dec.)

(Ex membrana autographa inter miscell. Arch. secr. Vat. sub Urbano V. PP. inter an. 1362 et 1369.)

Beatissime Pater et Domine clementissime <sup>1)</sup>! Veniens

<sup>1)</sup> Papp Urban V. wurde den 27. Sept. 1362 gewählt und den 6. Nov. des nämlichen Jahres gefrönt. Er starb den 19. Dec. 1370.

pridem, Rev. in Christo Pater, Dominus Agapitus <sup>2)</sup> Episcopus Esculanus, Vestre Sanctitatis Nuncius, ad partes Alamanie, qui iniunctorum sibi per Sanctitatem Vestram prefatam relator non pavidus ac providus procurator grandem cordi meo exultationis ac recreationis induxit materiam; nam sedato per eum Vestrae Beatitudinis nomine jam aliquantisper Illustris Principis Domini Rudolphi Ducis Austriae intumescencie spiritu, quem erga me et ecclesiam Vestram Frisingensem fragor horrende tempestatis invexerat, Vestra alma clementia me eidem in reconciliationis osculo conjunxit quodammodo. Dictus siquidem Dux, etsi mihi culpam coram ipso Nuncio in sui excusationem et spoliationis occasionem niteretur impingere, et ego sibi in expurgationem mei vellem sufficienter respondere, ipse Dominus Episcopus Sanctitatis Vestrae Nuncius, cui visum est, ut idem Dux silencio et patientia potius vinceretur, me silere voluit, qui plenius aliunde informatus Sanctitatem Vestram de mea immunitate et innocentia, prout spero, sufficientius informabit. Ipse itaque, dicti Nuncii, vere pacis Angeli, affabilitatis dulcedine rigoroso allocutionis admixta eulogio inductus, in ejus manibus ineffabiliter spondit, me et meam Ecclesiam ob Vestri Beatissimi nominis reverenciam et honorem omnino restituere, ac deinceps gratuitis favoribus prosequi et fovere, que quidem verbalis sponsio ac manualis stipulatio, si, ut spero, debitum effectum sortita fuerit, stabo Vestri gratia de pollicitatione tam benivola non inmerito letabundus. Id etenim ad Vestrae Sanctitatis gloriam, praefati Nuncii famosi culminis tytulum, et mihi diuturnis calamitatibus fatigato ad optate quietis cedet augmentum. Porro si super hiis ad gratiarum solutionem tempto prorumpere insufficientem me prorsus invenio, si ad laudis et gloriae Vestrae preconium labia solvere cogito, imperfectum

---

<sup>2)</sup> Agapit Cosenna war vom 20. Aug. 1363 bis zum Jahre 1369 Bischof zu Ascoli im Kirchenstaate, wurde dann Bischof zu Brescia, endlich im Jahre 1378 Cardinal. Er starb den 11. Oct. 1380. Unter Papp Gregor XI. wurde er als Nuntius nach Teutschland zu Kaiser Carl IV. gesendet. Vgl. Ughelli Italia sacr. I. 476 u. IV. 554. Ciaconii vitae Pontificum et Cardinalium, Tom. II. p. 640.

me penitus recognosco; retributori itaque omnium bonorum humillime supplico, ut haec vobis in aeterna patria digne retribuere copiose. Si vero praefatus Dux aut restitutionis promissa non impleret, vel forte me restitutum de novo spoliaret, videbit me Vestra Sanctitas Vestris Beatissimis provolutum pedibus brevissimo in tempore in Beatitudinis Vestrae curia constitutum. Personam Vestram Beatissimam conservet et gubernet omnium conservator et Dominus ad regimen ac consolationem Ecclesiae suae sanctae.

Dat. Vienne die 13. mensis Decembris.

Creatura Vestra devotissima

Paulus Episcopus Ecclesiae Frisingensis.

A tergo: Sanctissimo in Christo Patri ac Domino Domino Urbano digna Dei providentia sacrosancte Romane et universalis Ecclesie summo Pontifici, Domino suo gratiosissimo.

### 32.

Papst Gregor XI. verspricht dem Grafen Meinhard von Görz, die über ihn verhängte Suspension aufzuheben, wenn er sich in seiner Streitsache mit dem Bischof Paulus von Freysing wegen eines hochstiftischen Schlosses dem schiedsrichterlichen Ausspruche des Patriarchen von Aquileja oder des Erzbischofs von Salzburg unterwerfen werde.

3. May 1374.

(Ex Brev. Archetyp. Greg. PP. XI. An. IV. Nr. 4.)

Nobili viro Maynardo Comiti Goritiae spiritum consilii sanioris.

Gregorius PP. XI. <sup>1)</sup>

Gratum habentes, quod questio, quam habes cum venerabili fratre nostro Paulo Episcopo Frisingensi super quodam castro, quod ad Ecclesiam suam Frisingensem spec-

---

<sup>1)</sup> Papst Gregor XI., der Nachfolger Urban VI., wurde den 30. Dec. 1370 gewählt und den 5. Jan. 1371 gekrönt. Er starb den 28. März 1378 und beschloß die Reihe jener Päpste, die ihren Sitz in Avignon hatten.

tare et per te detineri asseritur, amicabilem (*amicabiliter*), salvo tamen jure dicte Ecclesie, terminetur, scribimus venerabilibus fratribus nostris Patriarche Aquilegiensi et Archiepiscopo Salzburgensi, quod ipsi vel alter eorum, quem tu et dictus Episcopus elegeritis, se pro hujusmodi concordia interponant. Quare nobilitatem tuam hortamur, quod ad dictam concordiam intendere non omittas. Nos enim de absolute tua, qui propter contumaciam excommunicatus assereris, et de suspensione et relaxatione interdicti, cui terre tue propter eandem contumaciam dicuntur suppositae, duximus providendum, prout in diversis litteris exinde de nostro mandato confectis plenius continetur.

Dat. apud villam novam Avenionen. dioc. 5. Non. Maij, Pontificatus nostri Anno IV.

## 33.

Bruchstück eines Commissoriums des Papstes Martin V. an den Erzbischof von Salzburg und die Bischöfe von Passau und Regensburg, veranlaßt durch eine Klage des Bischofs Nicodemus von Freysing über Beeinträchtigungen im Genuße seiner Hochstiftsgüter.

22. Jun. 1422.

(Ex Regesto litterarum Martini PP. V. Anni V. Tom. II. pag. 144.)

Martinus <sup>1)</sup> Episcopus servus servorum Dei.

Venerabilibus fratribus Archiepiscopo Salzburgensi <sup>2)</sup> et Pataviensi ac Ratisponensi Episcopis salutem et apostolicam benedictionem.

Ad hoc Nos Deus pertulit in familiam etc. Sane venerabilis fratris Nostri Nicodemi Episcopi Frisingensis <sup>3)</sup>

<sup>1)</sup> Martin V. wurde den 11. Nov. 1417 zum Papste gewählt und 10 Tage nach der Wahl gekrönt. Er starb den 20. Febr. 1431.

<sup>2)</sup> Der damalige Erzbischof von Salzburg war Eberhard III. (s. Beytr. Bd. I. S. 250), Bischof von Passau Georg III., ein Graf von Hehenlohe, und Bischof von Regensburg Johann II. (v. Streitberg). Vgl. Schematismus v. J. 1824, S. 30 und 32.

<sup>3)</sup> Nicodemus de la Scala war v. J. 1421 bis 1443 Bischof in Freysing. Vgl. Beytr. I. 19, 20, 53, 86, 87, 138 — 140 und 191 — 193.

conquestione percepimus, quod nonnulli Archiepiscopi, Episcopi alique ecclesiarum Praelati et Clerici ac ecclesiasticae personae, tam religiosae quam saeculares, nec non Duces, Marchiones, Comites, Barones, Nobiles, milites et laici, communia civitatum, universitates opidorum, castrorum, villarum et aliorum locorum, ac aliae singulares personae civitatum et diocesum et aliarum partium diversarum occuparunt et occupari fecerunt castra, villas et alia loca, terras, domos, possessiones, jura et jurisdictiones, nec non fructus, census, redditus et proventus mensae Ecclesiae Frisingensis, et nonnulla alia bona mobilia et immobilia, spiritualia et temporalia ad Episcopum et mensam praedictos spectantia, et ea detinent indebite occupata, seu ea detinentibus praestant auxilium, consilium vel favorem etc. . . . . Praesentibus post quinquennium minime valituris (*sic*).

Datum Romae apud sanctam Mariam majorem decimo Kalendas Julii, Pontificatus nostri anno quinto.

## 34.

Papst Martin V. kündigt allen Patriarchen, Erzbischofen und Bischöfen an, daß der Bischof Nicodemus von Freysing, sein Kämmerer, in seinem Auftrage öfters Geschäftsreisen zu machen haben werde.

26. Juni 1422.

(Ex Regesto litterarum Martini PP. V. Anni V. Tom. 7. pag. 76.)

Martinus Episcopus servus servorum Dei.

Venerabilibus fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis etc. salutem et apostolicam benedictionem.

Cum venerabilem fratrem Nicodemum Episcopum Frisingensem, cubicularium nostrum, continuum comensalem pro nostris et Ecclesiae Romanae negotiis ad nonnullas mundi partes praesentialiter destinemus, Nos cupientes, eundem Episcopum cum ejus comitiva, familiaribus, equitibus et peditibus eorumque salmis, barchis, navigiis, arnesiis, valisiis, bonis et rebus quibuscunque eundo, stando et redeundo, quotiens sibi placuerit, plena ubilibet securitate gaudere, universitatem vestram requirimus, rogamus

et hortamur attente, sub dictis nostris et gentium armorum ubicunque pro tempore militantium Capitaneis strictè præcipiendo mandantes, quatenus praefatum Episcopum cum ipsius comitiva et familiaribus, equitibus et peditibus, salmis, barchis, navigiis, arnesiis, valisiis, bonis et rebus praedictis benigne et favorabiliter commendatum habentes, nullam eis in personis, equis, arnesiis, valisiis, bonis et rebus ipsis inferatis injuriam, molestiam vel offensam, nec ab aliis, quantum in vobis fuerit, permittatis inferri, sed eos potius cum equitaturis, valisiis, navigiis, bonis et rebus hujusmodi per portus, passus, pontes, terras, districtus et loca nostra ac vestra absque contradictione et impedimento quocunque semel et pluries, quotiens sibi placuerit, ire, stare et redire libere permittatis absque solutione alicujus datii, pedagii, gabellae, thelonii, angarii vel perangarii, seu cujuslibet alterius oneris exactione, sed eis, si necesse fuerit, de securo conductu, si a vobis illum petierint, sic libere providere pro nostra et apostolicae Sedis reverentia studeatis, quod vestra possit devotio exinde apud Nos et dictam Sedem merito commendari, praesentibus post biennium a dato praesentium computandum minime valituris.

Datum Romae apud sanctam Mariam majorem, sexto Kalendas Julii, Pontificatus nostri anno quinto.

## 35.

Papst Martin V. ermächtigt den Bischof Nicodemus von Freysing, gegen alle, welche ihn in dem Genuße und der Ausübung seiner Hochstiftsrechte hindern, mit ernsten Maaßregeln einzuschreiten.

2. May 1423.

(Ex Regesto litterarum Martini PP. V. Anni VI. Tom. 7. pag. 213.)

Martinus Episcopus servus servorum Dei.

Venerabili fratri Nicodemo Episcopo Frisingensi salutem et apostolicam benedictionem.

Justis et honestis supplicum votis libenter annuimus, illaque prosequimur favoribus oportunis. Cum itaque Nos dudum Ecclesiae Frisingensi, tunc per obitum bonae memoriae Hermanni Episcopi Frisingensi vacanti, de persona

tua auctoritate apostolica et de venerabilium fratrum nostrorum sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium consilio duxerimus providendum, praeficiendo te eidem Ecclesiae in Episcopum et Pastorem, prout in nostris aliis inde confectis litteris plenius continetur, et (*cum*), ut accepimus, tu propter malitiam quorundam Praelatorum et Canonicorum et aliorum Beneficiatorum in dicta et etiam aliis ecclesiis et monasteriis tuarum Frisingensis et aliarum civitatum et diocesium ac nonnullorum aliorum rebellium et te in hac parte impediendum possessionem pacificam, (*et*) administrationem honorum ad mensam tuam Episcopalem Frisingensem spectantium adipisci non potueras neque possis in grave animarum suarum periculum ac tui et dictae Ecclesiae tuae non modicum praepjudicium, apostolicae Sedis contemptum et scandalum plurimorum; Nos tam tibi quam dictae Ecclesiae tuae de oportuno remedio providere volentes, fraternitati tuae vocatis rebellibus et impeditoribus ac aliis in praemissis culpabilibus et aliis, qui fuerint evocandi, omnes illos, quos per summariam informationem per te super hiis faciendam aut alias legitime, prout visum fuerit expedire, rebelles, impediendum seu culpabiles inveneris in praemissis et eorum quemlibet, ecclesiasticos, saeculares et regulares, ac etiam laicos, si a rebellionem et impedimento hujusmodi infra certum peremptorium et competentem terminum per te eis super hoc praefigendum non destiterint ac tuis in hac parte mandatis non paruerint, cum effectu quibuscunque Beneficiis ecclesiasticis, quae quomodolibet et ubilibet obtinent, cum cura et sine cura, etiamsi Canonicatus et Praebendae ac Dignitates, Personatus et Officia in tua cathedrali vel collegiatis, et aliquae ex Dignitatibus ipsis in praedicta tua cathedrali vel aliis collegiatis ecclesiis majores, principales aut Prioratus conventuales fuerint, et ad eas vel eos consueverint qui per electionem assumi, ac etiam bonis et feudis temporalibus, quae ab eadem tua aut aliis Ecclesiis quomodolibet tenent seu tenebunt, auctoritate nostra sententialiter privandi et amovendi realiter ab eisdem, ipsosque culpabiles et rebelles et impediendum ad praemissa et quaevis alia Beneficia in posterum obtinenda inhabilitandi, contradictores quoque per censuram ecclesiasti-

cam et alia juris oportuna remedia appellatione postposita compescendi, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii saecularis. Non obstantibus tam felicis recordationis Bonifacii Papae octavi praedecessoris nostri, ac de una et de duabus dietis in concilio generali, quam aliis constitutionibus apostolicis contrariis quibuscunque, et nihilominus illos ex hujusmodi rebellibus et impredientibus, qui ad obedientiam redire voluerint, si hoc humiliter petierint, ab excommunicationum sententiis, quas propter praemissa incurrerint, absolvendi et cum eis super irregularitate, si quam praemissorum occasione celebrando divina vel immiscendo se illis, non tamen in contemptum clavium, contraxerint, auctoritate apostolica dispensandi, ipsosque ad hujusmodi vel alia quaecunque Beneficia ecclesiastica obtinenda habilitandi et ad ea, dummodo non fuerit in eis aliis specialiter jus quaesitum, restituendi plenam et liberam auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus potestatem.

Et insuper volumus tibi eadem auctoritate concedimus, quod, si forsitan dictorum rebellium, impredientium et culpabilium praesentia per citationem et monitionem ac processum super iis per te habendos et publicandos et intimandos commode haberi non potuerit, vel citationes, monitiones et processus hujusmodi eis tute nequeant intimari et publicari, quod tu citationes, monitiones ac processus quoslibet per edicta publica in locis affigenda publicis, civitati vel dioecesi praedictis vicinis, de quibus sit verisimilis conjectura, quod citationes, monitiones et processus hujusmodi ad notitiam dictorum rebellium, impredientium et culpabilium citandorum et monendorum valeant pervenire, facere valeas publicari; volentes et apostolica auctoritate decernentes, quod hujusmodi citationes et monitiones ac processus sic ut praefertur publicati et facti praefatos rebelles et impredientes perinde arcent, ac si eis insinuati personaliter et praesentialiter extitissent. Non obstantibus praedictis et quibuscunque aliis constitutionibus et aliis contrariis quibuscunque, seu si eisdem rebellibus et impredientibus vel quibuscunque aliis communiter vel divisim a Sede praedicta indultum existat, quod interdicti, suspendi vel excommunicari aut extra vel ultra certa loca ad iudicium evocari non



possint per litteras apostolicas, non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Nos enim ex nunc Beneficia illorum, quos virtute praesentium te privare contigerit, nostrae et apostolicae Sedis dispositioni duximus reservandum. Feudorum vero temporalium iis, quibus de jure competit, dispositioni relinquentes, et decernentes ex nunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari.

Datum Romae apud sanctum Petrum sexto Nonas Maji, Pontificatus nostri anno sexto.

## 36.

Papst Martin V. ermahnt die Bischöfe von Freysing, Augsbürg und Regensburg, eine strenge Visitation der Klöster vorzunehmen.

11. April 1426.

(Ex Regesto litterarum divers. de Curia Martini PP. V. Anni IX. Tom. II. pag. 223.)

Martinus Episcopus servus servorum Dei.

Venerabilibus fratribus Frisingensi et Augustensi ac Ratisponensi Episcopis salutem et apostolicam benedictionem.

Imminente Nobis licet immeritis ecclesiarum et monasteriorum omnium sollicitudine, circa illa praecipue Nos adhibere convenit salutaris et vigilis providentiae studium, quae visitationis et reformationis ministerio indigere noscuntur. Ad nostrum itaque relatione nonnullorum fidedignorum non sine grandi displicentia pervenit auditum, quod in diocesis vestris in plerisque tam virorum quam mulierum sancti Benedicti et sancti Augustini nec non aliorum quorumcunque ordinum monasteriis impellente satore malorum operum adeo regularis observantia in vita et in ritu monasticis tepescit divinumque servitium negligitur, et praesidentium monasteriis praedictis aliorumque inibi professorum inordinati mores et excessus quam plurimi damnabiliter remanent impuniti, ipsa quoque monasteria in capite et membris, nec non specialibus (*sic!*) et temporalibus reformationis ministerio noscuntur multipliciter indigere. Nos, quorum interest, ne noxia graviora subintrent morae sub-

lato dispendio, congruam in praemissis adhibere medelam volentes, fraternitati vestrae per apostolica scripta mandamus, quatenus quilibet vestrum per se vel alium ad monasteria hujusmodi etiam exempta in sua dioecesi consistentia personaliter accedat, ac solum Deum praec oculis habens, duobus saltem vel pluribus moribus et vita comprobatis eorundem ordinum professoribus ac uno vel duobus in sacra theologia Magistris seu in jure canonico Doctoribus vel mixtim talibus vobis adjunctis, monasteriis eisdem circa spiritualia et temporalia nec non in capite et in membris debitae visitationis officium auctoritate nostra instituat et exequi nullatenus omittat. Nos enim vobis vice nostra monasteria praedicta ac illorum quodlibet ipsisque praesidentes et singulas personas eorundem, cujuscunque status vel conditionis fuerint, prout monasteriis ipsis in spiritualibus et temporalibus nec non capite et membris expedire noveritis, reformandi et quemadmodum praesidentibus et personis eisdem etiam per ipsos commissis compensatis criminibus et excessibus debitum extiterit, corrigendi, ipsosque praesidentes et personas juxta eorundem criminum et excessuum per illos perpetratorum qualitatem et exigentiam secundum sanctiones canonicas et dictorum ordinum regularia, constitutiones et instituta poenis debitis puniendi, et ab hujusmodi criminibus et excessibus eadem auctoritate absolvendi, nec non dilectos filios nobiles viros quoscunque Duces, Comites, Barones, Milites, Militares nec non alios laicos in partibus illis etiam extra dioeceses vestras morantes, praefata monasteria exactionibus, molestationibus, inquietationibus, censibus seu aliis gravaminibus perturbantes, infra certum terminum per vos seu alterum vestrum eis praefigendum, ut a talibus desistant, eadem auctoritate monendi et requirendi, contradictores quoque quoslibet et rebelles per censuram ecclesiasticam et quaevis alia juris remedia appellatione postposita compescendi, omnia praeterea alia et singula in praemissis et circa ea quomodolibet necessaria vel oportuna exequendi, nec non ordinandi et disponendi plenam et liberam concedimus tenore praesentium facultatem, et nihilominus legitimis per vos super hiis habendis servatis processibus eos, quotiens expedierit, ag-

gravare et reaggravare curetis, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii saecularis. Non obstantibus tam felicis recordationis Bonifacii Papae octavi praedecessoris nostri, quibus cavetur, ne quis extra suam civitatem et dioecesim, nisi in certis exceptis casibus et in illis ultra unam dietam a fine suae dioecesis evocetur, seu ne iudices a Sede apostolica deputati aliquos ultra unam dietam a fine dioecesis eorundem trahere presumant et de duabus dietis in concilio generali, quam aliis apostolicis constitutionibus nec non statutis et consuetudinibus monasteriorum et ordinum praedictorum juramento, confirmatione apostolica vel quacunque firmitate alia roboratis, caeterisque contrariis quibuscunque. Aut si Ducibus, Comitibus, Baronibus, Militibus, Militaribus nec non laicis praefatis vel quibusvis aliis communiter vel divisim a dicta sit Sede indultum, quod interdicti, suspendi vel excommunicari aut extra vel ultra certa loca ad iudicium evocari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

Datum Romae apud sanctum Petrum anno (*sic!*) tertio Idus Aprilis Pontificatus nostri anno nono.

## 37.

Papst Eugen IV. verleiht das Bisthum Freysing dem Heinrich Schlick.

12. Sept. 1443.

(Ex Regesto litterarum Eugenii PP. IV. Anni XIII. Tom. IV. p. 203.)

Eugenius <sup>1)</sup> Episcopus servus servorum Dei.

Dilecto filio Henrico <sup>2)</sup> Electo Frisingensi salutem et apostolicam benedictionem.

Divina disponente clementia, cujus inscrutabili providentia ordinationem recipiunt universi, in apostolicae Sedis

<sup>1)</sup> Eugen IV. wurde den 3. März 1431 zum Papste gewählt und am 11. des nämlichen Monats gekrönt. Er starb den 23. Febr. 1447.

<sup>2)</sup> Ueber den freysingischen Bischof Heinrich II. (von Schlick), den Nachfolger des Bischofs Nicodemus, vgl. diese Beytr. I. 20, 53, 87 u. 88, 140 u. 193.

specula licet immeriti constituti, ad universas orbis Ecclesias aciem nostrae considerationis extendimus et pro earum statu salubriter dirigendo apostolici favoris auxilium adhibemus, sed de illis propensius cogitare nos convenit, quas propriis carere Pastoribus intuemur, ut eis viri juxta cor nostrum praeficiantur idonei, qui commissos sibi populos per suam circumspectionem salubriter dirigant et inserviant, ac Ecclesias ipsas non solum gubernent utiliter, sed etiam multimodis efferant incrementis.

Cum itaque Ecclesia Frisingensis, cui bonae memoriae Nicodemus Episcopus Frisingensis dum viveret praesidebat, per obitum ipsius Episcopi, qui extra Romanam curiam decessit, vacare noscatur ad praesens, Nos, qui fide dignis relatis informati fuimus, quod castra temporaliaque bona ad ipsam Ecclesiam spectantia sub ditione dilectorum filiorum nobilium virorum Austriae Ducum pro majori parte consistunt, et nisi persona, quae Carissimo in Christo filio nostro Frederico, Romanorum Regi Illustri, nec non alias, quae <sup>3)</sup> dictis Ducibus grata fuerit, ad eandem Ecclesiam promoveretur, plura dissensiones, scandala et inconvenientiae verisimiliter inde succederent, et Ecclesia praedicta nec non illius personae, vassalli et subditi gravia subire possent damna pariter et detrimenta, tuque Regi et Ducibus praefatis plurimum acceptus existis ac propterea super hiis, et ne Ecclesia ipsa longae vacationis incommodis exponatur, paternis et sollicitis studiis intendentes, post deliberationem, quam de praeficiendo eidem Ecclesiae personam utilem et etiam fructuosam cum fratribus nostris habuimus diligentem, demum ad te, Praepositum Boleslaviensem Pragensis diocesis, in subdiaconatus ordine constitutum, cui de litterarum scientia, vitae munditia, honestate morum, spiritualium providentia et temporalium circumspectione aliisque multiplicium virtutum donis apud Nos fide digna testimonia perhibentur, direximus oculos nostrae mentis, quibus omnibus debita meditatione pensatis, de

---

<sup>3)</sup> Statt alias, quae dictis scheint aliis praedictis gelesen werden zu müssen.

persona tua, Nobis et eisdem fratribus ob dictorum tuorum exigentiam meritorum accepta, eidem Ecclesiae Frisingensi, etiam ex quavis causa illius dispositio ad dictam Sedem specialiter vel generaliter pertineat, de praefatorum fratrum consilio auctoritate apostolica providemus, teque illi praeficimus in Episcopum et Pastorem, ejus curam et administrationem tibi in hujusmodi spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, firma spe fiduciaque conceptis, quod, dirigente Domino actus tuos, praefata Frisingensis Ecclesia per tuae circumspectionis industriam et studium fructuosum regetur utiliter et prospere dirigetur grataque in eisdem spiritualibus et temporalibus suscipiet incrementa.

Jugum igitur Domini, tuis impositum humeris, devote suscipiens, curam et administrationem praedictas sic salubriter geras et sollicite prosequaris, quod ipsa Frisingensis Ecclesia gubernatori circumspecto gaudeat se commissam, tuque praeter aeternae retributionis praemium nostram et dictae Sedis benedictionem et gratiam exinde valeas uberius promereri.

Datum Senis anno incarnationis Dominicae millesimo quadringentesimo quadragesimo tertio, pridie Idus Septembris, Pontificatus nostri anno tertio decimo.

Simili modo: Dilectis filiis Capitulo Ecclesiae Frisingensis salutem et apostolicam benedictionem.

*Divina disponente clementia* etc. Quocirca discretioni vestrae per apostolica scripta mandamus, quatenus eidem Electo, tamquam Patri et Pastori animarum vestrarum, humiliter intendentes ac exhibentes sibi obedientiam et reverentiam debitam et devotam, ejus salubria monita et mandata suscipiatis ilariter et efficaciter adimplere curetis. Alioquin sententiam, quam idem Electus rite tulerit in rebelles, ratam habebimus et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari.

Simili modo: Venerabili fratri . . . . . Archiepiscopo Salzeburgensi salutem etc.

Ad cumulum tuae cedit salutis et famae, si personas ecclesiasticas, praesertim pontificali dignitate praeditas, Di-

vinae propitiationis intuitu oportuni praesidii et favoris gratia prosequaris. *Cum itaque etc. usque in finem ut in prima superiori.* Cum igitur, ut idem Henricus Electus in commissa sibi praedictae Ecclesiae Frisingensis cura facilius proficere valeat, tuus favor ei fore censeatur plurimum oportunus, fraternitatem tuam rogamus et hortamur attente, per apostolica tibi scripta mandantes, quatenus praedictum Henricum Electum et commissam sibi Ecclesiam suffraganeam tuam habeas pro nostra et apostolicae Sedis reverentia propensius commendatos, in ampliandis et conservandis juribus suis sic eos tui favoris praesidio prosequaris, quod ipse Electus tuo fultus auxilio in commisso sibi Ecclesiae praefate regimine se possit utilius exercere, tuque Divinam misericordiam valeas exinde uberius promereri.

## 38.

Papst Eugen IV. zeigt dem Kaiserlichen Kanzler Kaspar Schlick die Beförderung seines Bruders Heinrich zum Bischof von Freysing an.

4. Oct. 1443.

(Ex Regesto litterarum Eugenii PP. IV. Anni XIII. Tom. 8. p. 157.)

Dilecto filio Caspari (*Schlick*), Cancellario Frederici Imperatoris.

Eugenius PP. IV.

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem.

Vidimus litteras tuas, quas novissime ad Nos scripsisti, ut de dilecto filio Henrico fratre tuo, olim Notario nostro, Ecclesiae Frisingensi providere dignemur. Sed noverit devotio tua, Nos desiderio tuo jamdiu antea satisfecisse, videlicet cum primum ea de re litteras ex te accepimus, idque libenter fecimus, tum ut illi Ecclesiae bene et utiliter provideremus, tum ut carissimo in Christo filio nostro Frederico, in Regem Romanorum Electo, rem gratam faceremus, quemadmodum Nos facturos esse ipsis tuis litteris affirmasti, quibus ob tuam gravitatem et solitam fidelitatem ac erga Nos devotionem indubiam fidem adhibuimus, tum ut et tibi et tuis beneficeremus. Tuam vero et fratris tui

prudenciam plurimum in Domino exhortamur, quatinus ob honorem Dei ac conservationem unitatis Ecclesiae studium ac diligentiam pro viribus adhibeatis, ut inter vos et ipsam Majestatem Regiam et perfecta sit pro bono ipsius Ecclesiae animorum unitas et mutua, ut decens est et consonum rationi, intelligentia.

Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris (*anno*) millesimo quadringentesimo quadragésimo quarto (*sic!*) die quarto Octobris, Pontificatus nostri anno decimo tertio.

## 39.

Papst Eugen IV. zeigt dem Kaiser Friedrich die Ernennung des Heinrich Schlik zum Bischof von Freysing an.

4. Oct. 1443.

(Ex Regesto litterarum Eugenii PP. IV. Anni XIII. Tom. 8. p. 159.)

Carissimo in Christo filio Frederico, in Romanorum Regem Electo.

Eugenius PP. IV.

Carissime in Christo fili, salutem et apostolicam benedictionem.

Recepimus litteras tuas, quibus multum benigne apud Nos intercessisti pro dilecto filio Henrico, germano dilecti filii nobilis viri Gasparis Schlik, Cancellarii tui, olim Notario nostro, ut de illo Ecclesiae Frisingensi providere dignaremur, sed Nos tuam Serenitatem certiozem facimus, quod cum ex litteris ipsius Gasparis, quibus indubiam fidem adhibebamus tum propter viri gravitatem, tum propter solitam ejus fidelitatem, cognovissemus, eam rem fore Serenitati tuae gratam, desiderio Gasparis libenter annuimus eamque rem plene absolvimus, tum ut illi Ecclesiae bene a Nobis provideretur, tum ut Serenitati tuae rem gratam faceremus, tum etiam, quod ipsi Gaspari ac suis complaceremus.

Datum Romae apud sanctum Petrum die quarto Octobris, Pontificatus nostri anno decimo tertio.

## 40.

Papst Eugen IV. beauftragt den Erzbischof von Florenz, den Bischof von Gurk und den Domprobst von Olmütz, den Bischof Heinrich von Freysing, ungeachtet des Widerspruches des Johann Grunwalder, in den Besitz seines Bisthumes zu setzen.

7. May 1445.

(Ex Regesto litterarum Eugenii PP. IV. Anni XV. Tom. 4. p. 265.)

Eugenius Episcopus servus servorum Dei.

Venerabilibus fratribus . . . . . Archiepiscopo Florentino <sup>1)</sup> et . . . . . Episcopo Gortzensi et dilecto filio Praeposito Ecclesiae Olomucensis salutem et apostolicam benedictionem.

Exhibita Nobis pro parte dilecti filii Henrici Electi Frisingensis petitio continebat, quod, licet olim Ecclesiae Frisingensi tunc per obitum bonae memoriae Nicodemi Episcopi Frisingensis extra Romanam curiam defuncti vacanti de persona ipsius Electi auctoritate apostolica provisum fuisset, ipseque illi in Episcopum et Pastorem praefectus extitisset, ac sibi cura, regimen et administratio ejusdem Ecclesiae in spiritualibus et temporalibus commissa fuissent canonice, tamen Johannes Gruenwalder, qui se gerit pro clerico Frisingensis dioecesis, falso asserens, Ecclesiam, regimen et administrationem hujusmodi ad se spectare, ac provisioni, praefectioni et commissioni praefatis contra justitiam se opponens, impedivit, prout impedit, et fecit et facit, quominus provisio, praefectio et commissio praedictae debitum sortitae fuerint et sortiantur effectum, seque

---

<sup>1)</sup> Erzbischof von Florenz war damals Bartholomäus Zabarella (Ughelli Italia sacr. Tom. III. pag. 171), Bischof von Gurk Johann V. (Schallermann), aus Westphalen gebürtig. Dieser Bischof, früher Dompropst in Brixen und Päpstlicher Legat, stand sowohl bey Kaiser Friedrich III. als bey dem Papste Eugen IV. sehr in Gnaden. K. Friedrich beehrte ihn selbst mit einem Besuche im Jahre 1444 zu Straßburg. Im Jahre 1453 resignirte Johann sein Bisthum freywillig, um seine übrigen Tage in Ruhe zuzubringen, und starb i. J. 1465 in einem Alter von 92 Jahren. S. Leardi's Reihe der Erzbischofe von Salzburg u. S. 82.



in Ecclesia, regimine et administratione praefatis ac nonnullis castris et locis ad ipsam Ecclesiam pertinentibus intrusit ac illa occupavit et detinuit, prout detinet indebitè occupata, fructus percipiens ex eisdem, atque alias ipsum Electum super Ecclesia, regimine et administratione praedictis et illorum occasione multipliciter molestavit et etiam vexavit. Propter quae idem Electus ad Sedem apostolicam appellavit, Nosque causam appellationis hujusmodi et negotii principalis venerabili fratri nostro Johanni Episcopo Praenestino ad instantiam ipsius Electi audiendam commisimus et sine debito terminandam, qui cognitis illius meritis et communicato super hiis consilio cum peritis per suam diffinitivam sententiam pronunciavit, decrevit et declaravit, prout haec omnia in libello pro parte dicti Electi in hujusmodi causa exhibito petita fuerant, provisionem, praefectionem et commissionem praedictas ac omnia inde secuta fuisse et esse canonica, suumque debuisse et debere sortiri effectum, nec non praefatam Ecclesiam ad ipsum Electum spectasse, pertinuisse ac spectare et pertinere de jure ac sibi cum castris et locis praefatis ac omnibus aliis juribus et pertinentiis suis adjudicandam fore et adjudicavit, ac praefato Johanni in dicta Ecclesia, regimine, administratione, castris et locis sive ad ea nullum jus competiisse sive competere, ipsumque Johannem ab occupatione et detentione Ecclesiae, regiminis, administrationis, castrorum, locorum juriumque et pertinentiarum praedictorum amovendum fore et amovit et eundem Electum in illorum corporalem possessionem inducendum fore et induxit, oppositiones quoque, intrusiones, occupationes, detentiones, molestationes, vexationes et impedimenta praedicta fuisse et esse temeraria, illicita, iniqua, indebita, injusta et de facto praesumpta, ipsique Johanni super illis ac dicta Ecclesia, regimine, administratione, castris et locis perpetuum silentium imponendum fore et imposuit, ac eundem Johannem in fructibus ex Ecclesia, castris et locis praefatis a tempore intrusionis hujusmodi citra perceptis condemnandum fore et condemnavit, prout in instrumento publico inde confecto, praefati Johannis Episcopi sigillo munito; dicitur plenius contineri.

Cum autem, sicut eadem petitio subjungebat, praefatus Electus dubitet, quod lite hujusmodi indecisa pendente aut interim aliqui alii in dictis Ecclesia, castris et locis se intruserint vel in posterum intrudant, et quod praesentes litterae et earum vigore habendi processus ipsi Johanni et aliis, quos concernent, propter ipsorum potentiam tute nequeant publicari, pro parte ipsius Electi Nobis fuit humiliter supplicatum, ut providere ei in praemissis de oportuno remedio dignaremur; Nos igitur, hujusmodi supplicationibus inclinati, discretioni vestrae per apostolica scripta mandamus, quatenus vos, vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios praemissa executioni debitae demandantes, eundem Electum vel procuratorem suum ejus nomine in corporalem possessionem Ecclesiae, castrorum, locorum, regiminis et administrationis juriumque et pertinentiarum praedictorum, amoto exinde praefato Johanne, inducatis auctoritate nostra et defendatis inductum, facientes ipsum Electum vel dictum procuratorem pro eo ad Ecclesiam, castra, loca, regimen et administrationem hujusmodi, ut est moris, admitti sibi de illorum fructibus, redditibus, proventibus, juribus et obventionibus universis integre responderi, ac de perceptis fructibus hujusmodi juxta praefati instrumenti dictae condemnationis tenorem plenam et debitam satisfactionem impendi, et insuper ad executionem praesentium contra alios intrusos et intrudendos hujusmodi quoad possessionem dumtaxat castrorum, locorum, regiminis et administrationis praedictorum ipsi Electo tradenda auctoritate praefata procedatis perinde, ac si sententia ipsa contra eos lata foret, et nihilominus legitimis super hiis per vos habendis servatis processibus eos, quotiens expedierit, aggravare curetis. Contradictores et inobedientes per censuras ecclesiasticas ac Canonicatum et Praebendarum, Dignitatum, Personatum, Administrationum, Officiorum ac aliorum Beneficiorum ecclesiasticorum et mundanorum, foedorum quoque, homagiorum aliorumque rerum et bonorum a Romana et quacunque alia Ecclesia vel alio ecclesiastico loco aut Romano imperio vel quacunque alia saeculari potestate vel dominio obtentorum privationis nec non inhabilitationis ad illa et in posterum

obtinenda, ac de quibus videbitur pecuniariis et aliis formidabilioribus poenis appellatione postposita compescendo, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii saecularis.

Caeterum si per summariam informationem super hiis per vos recipiendam vobis constiterit, quod Johannis et aliorum praedictorum pro monitionibus et citationibus de ipsis faciendis praesentia tute haberi non possit, Nos vobis processus, monitiones, citationes quoslibet per edicta publica, locis affigenda publicis et partibus illis vicinis, de quibus sit verisimilis conjectura, quod ad notitiam monitorum et citatorum hujusmodi pervenire valeant, faciendi plenam et liberam tenore praesentium concedimus facultatem et volumus, quod processus, monitiones et citationes hujusmodi perinde arctent ipsos monitos et citatos, ac si eis personaliter et praesentialiter intimati et insinuati legitime extitissent. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis caeterisque contrariis quibuscunque. Aut si Johanni praefato vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab eadem Sede indultum existat, quod interdicti, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicae millesimo quadringentesimo quadragesimo quinto, Nonis Maji, Pontificatus nostri anno decimo quinto.

## 41.

Papst Eugen IV. ermächtigt den Bischof Heinrich von Freysing, gegen alle Anhänger des Johann Grünwalder mit durchgreifenden Maaßregeln einzuschreiten.

18. Jan. 1446.

(Ex Regesto litterarum Eugenii PP. IV. Anni XVI. Tom. 20. p. 167.)

Eugenius Episcopus servus servorum Dei.

Dilecto filio Henrico Electo Frisingensi salutem et apostolicam benedictionem.

Pastoralis officii desuper Nobis injuncti cura deposcit, ea tibi favorabiliter concedere, per quae provisio per Nos

de persona tua ad Ecclesiam Frisingensem digeste facta manuteneatur, ac nephariorum et rebellium malignantium excessus, qui illam reprobare nituntur, aliis in exemplum condigne puniantur.

Sane postquam nuper ex fide dignorum relatione intelleximus, quod quidam iniquitatis filius Johannes Grunewalder sub colore cujusdam praetensae electionis de se ad Ecclesiam Frisingensem, licet nulliter et de facto factae, se de ipsa Ecclesia ingereret, illiusque possessionem de facto detineret, pluresque ex Canonicis, Capitulis et personis dictae et aliarum Ecclesiarum civitatis et dioecesis Frisingensis sibi adhererent et faverent in eadem, in provisionis tibi de dicta Ecclesia factae contemptum et perniciosum exemplum plurimorum, Nos contra tales, prout tenemur, celeriter providere volentes, tibi Johannem intrusum in eadem, nec non omnes et singulos, cujuscunque status, gradus, ordinis, conditionis, nobilitatis et praeminentiae existant, etiamsi Regali, Archiepiscopali, Episcopali, Abbatibus aut alia quacunq̄ue praefulgeant dignitate, sub sententiis et censuris ecclesiasticis, ac quoruncunque Beneficiorum ecclesiasticorum cum cura et sine cura, etiamsi Canonicatus et Praebendae, Dignitates etiam Conventuales, Abbatiales, Archiepiscopales, Episcopales, Personatus, Administrationes vel Officia in praedicta vel metropolitana, cathedralibus, vel majores post Pontificales, seu collegiatis ecclesiis principales, nec non illae alias et reliqua dispositioni apostolicae specialiter vel generaliter etiam ex personis reservata fuerint, et ad illa consueverint qui per electionem assumi, eisq̄ue cura imminet animarum, ac foedorum et officiorum, quae Duces, Nobiles et laici civitatis et dioecesis Frisingensis a quibusvis ecclesiasticis locis quomodolibet obtinent, etiam quaecunque, quotcunque et qualiacunque fuerint, privationis et amotionis ab eis, nec non ad illa et quaevis ecclesiastica per eos in posterum obtinenda Beneficia etiam foeda inhabilitationis et aliis, quas magis timeri prospexeris, poenis etiam pecuniariis, quas illos et illorum quemlibet incurrere volumus, si contrafecerint, ipso facto, auctoritate nostra monendi, et ut eisdem mandatis infra certum, quem eis praefixeris ad id compe-

tentem terminum, ab impedimentis quibuscunque tibi praestitis seu praestandis in assecutione pacifica dictae Ecclesiae Frisingensis penitus et omnino desistant, teque, tamquam Pastorem animarum suarum et dictae Ecclesiae, ad corporalem possessionem ejusdem juriumque ac pertinentiarum suarum, quantum in eis fuerit, recipiant et admittant illisque frui et gaudere permittant monendi, alioquin termino ipso lapso Johannem ac omnes et singulos contradictores et rebelles et eorum quemlibet, qui monitionibus et mandatis tuis parere contumaciter neglexerint sive non curaverint praemissas, prout eos contigerit, sententias, censuras et poenas specialiter seu generaliter incidisse, auctoritate nostra declarandi ac etiam, donec et quousque monitioni, requisitioni et mandatis tuis plenarie paruerint ut praefertur, excommunicatos, privatos et inhabilitatos publice nunciandi et nunciari faciendi, interdictum in civitate et dioecesi Frisingensi et alia quaecunque loca, ad quae rebelles declinare contigerit, auctoritate apostolica ponendi, processusque aggravandi et reaggravandi, et ad hoc, si opus fuerit, auxilium brachii saecularis invocandi. Nos enim processus, citationes, monitiones, requisitiones et mandata per te vel alios super hiis habenda, si Johanni intruso et aliis praedictis, quos concernere quomodolibet censentur vel censebuntur, tute vel commode nequiverint pro tempore intimari, tibi seu aliis a te deputandis hujusmodi per edictum publicum affixione copiarum in locis publicis affigendarum dictis partibus vicinis, ubi tute et commode fieri poterit, et de quibus quidem ad monitorum et citatorum hujusmodi notitiam pervenire valeant, si verisimilis conjectura faciendi, quae etiam processus, monitiones, requisitiones, citationes et mandata Johannem intrusum et alios omnes et singulos praedictos arctare volumus et decernimus per praesentes, ac si eis personaliter legitime intimatae seu insinuatae fuissent, nec non omnia et singula Monasteria, Dignitates, Personatus, Officia et Beneficia, si et postquam illa praemissorum occasione vacare contigerit, cujuscunque etiam annui valoris existant, etiam cum omnibus juribus et pertinentiis suis singulis personis ydoneis, quaecunque, quotcunque et qualiacunque, etiam quaevis

alia Beneficia ecclesiastica similia vel dissimilia obtinentibus et expectantibus, quas ad id elegeris, conferendi et de illis etiam providendi, ipsasque personas vel procuratores suos earum nominibus in corporalem possessionem singulorum Beneficiorum eis sic per te vel tuo nomine collatorum juriumque et pertinentiarum praedictorum inducendi et inductas defendendi, amotis Johanne intruso et quibusvis aliis detentoribus ab eisdem, nec non personas et pro eis procuratores praefatos ad Monasteria, Dignitates, Personatus, Officia et Beneficia ipsa, ut moris est, admitti faciendi, sibi que de illorum fructibus, redditibus et proventibus, juribus et obventionibus, universis integre respondendi ac responderi faciendi, contradictores quoque auctoritate nostra appellatione postposita compescendi, nec non omnia et singula alia in praemissis et circa ea quomodolibet oportuna et necessaria faciendi et exequendi, devotioni tuae plenam et liberam concedimus tenore praesentium facultatem. Non obstantibus tam felicis recordationis Bonifacii Papae octavi praedecessoris nostri, illis praesertim, quibus caveri dicitur, ne quis ultra suam civitatem vel dioecesim, nisi in certis exceptis casibus, et in illis ultra unam dietam a fine suae dioecesis ad iudicium evocetur, ac de una et duabus dietis in concilio generali, quam aliis constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac quibuscunque indultis, privilegiis reservationibus nec non exemptionibus a Sede apostolica seu quibusvis conciliis generalibus vel alias sub quavis verborum forma Johanni intruso, Canonicis, Capitulo et aliis quibusvis personis seu ecclesiasticis locis civitatis et dioecesis Frisingensis praefatis et aliis quibuscunque concessis vel concedendis, quascunque etiam clausulas derogatorias habentibus, etiamsi de illis eorumque totis tenoribus specialis et expressa ac de verbo ad verbum praesentibus habenda mentio foret, quibus quoad hoc, ut praemissa omnia et singula suum sortiantur effectum, expresse derogamus et derogari volumus, quae etiam quoad hoc ipsis nolumus aliquatenus suffragari, caeterisque contrariis quibuscunque. Aut si Johanni intruso, Canonicis, Capitulis et personis praefatis vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab eadem Sede indultum existat, quod interdicti, suspendi vel excom-

municari seu suis ecclesiasticis Beneficiis et fœcudis et bonis temporalibus privari et ad obtinenda eadem inhabilitari non possint, per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicae millesimo quadringentesimo quadragesimo sexto, quinto decimo Kalendas Februarii, Pontificatus nostri anno sexto decimo.

## 42.

Papst Eugen IV. versichert den Bischof Heinrich von Freysing, daß die Anerkennung gewisser Baseler-Decrete auf seine bereits erworbenen Rechte hinsichtlich des Bisthums Freysing keine Rückwirkung haben sollen.

5. Febr. 1446.

(Ex Regesto litterarum Eugenii PP. IV. Anni XVI. Tom. 20. p. 203.)

Eugenius Episcopus servus servorum Dei.

Dilecto filio Henrico Glick (*Schlick*), Electo Frisingensi, salutem et apostolicam benedictionem.

Licet Nos hodie ad instantiam carissimi in Christo filii nostri Frederici, Romanorum Regis Illustris, et venerabilis fratris Nostri . . . Theodorici Archiepiscopi Maguntini ac dilecti filii nobilis viri Frederici, Marchionis Brandenburgensis, super nonnullis decretis Basileae editis, ac (*per*) praeclarae memoriae Albertum Romanorum Regem Illustris acceptatis contenti fuerimus, voluerimus ac decreverimus, quod omnia et singula vigore decretorum hujusmodi cum suis modificationibus acceptatorum per eos, qui illa acceptaverint vel acceptantibus in natione Germanica adhaeserunt, usque in praesentem diem quomodolibet gesta vel acta forent, cum omnibus inde secutis rata, firma et inviolabiliter persisterent, nec in posterum a quoquam quavis auctoritate cassari vel annullari aut in irritum quovis modo revocari valerent, quodque omnes et singuli, qui usi illis, aut in vim dictorum decretorum a die acceptationis eorundem quicquam consecuti forent, securi essent et quieti, nec prop-

terea impeti, turbari aut molestari possent quomodolibet in futurum, prout in litteris nostris desuper confectis, quas hic volumus haberi pro sufficienter expressis, latius continetur. Per haec tamen tibi aut provisioni, quam de persona tua Ecclesiae Frisingensi dudum fecimus, nullum intendimus praejudicium generari, quominus provisionem ipsam ac praefectionem de te factam, sicut in aliis nostris litteris continetur, cum omnibus inde secutis ratam et firmam esse volumus, suumque debitum sortiri effectum, litteris Regi, Archiepiscopo, Marchioni et aliis quibuscunque, ut praemissum est, super dictis decretis concessis aliisque contrariis non obstantibus quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostrae intentionis et voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicae millesimo quadringentesimo quadragesimo sexto, Nonis Februarii, Pontificatus nostri anno sexto decimo.

## 43.

Papst Eugen IV. verleiht die von dem freysingischen Bischof Heinrich Slick inne gehabte Pfarrey Bruck in Steyermark, Bisthums Salzburg, dem Canonicus in Regensburg, Franz Slick.

19. Jul. 1446.

(Ex Regesto litterarum Eugenii PP. IV. Anni XVI. Tom. 5. p. 180.)

Eugenius Episcopus servus servorum Dei.

Dilecto filio Francisco Slick Canonico Ratisponensi salutem et apostolicam benedictionem.

Vitae ac morum honestas aliaque laudabilia probitatis et virtutum merita, super quibus apud Nos fide digno commendaris testimonio, Nos inducunt, ut tibi reddamur ad gratiam liberales.

Dudum siquidem cum parrochialis ecclesia in Pruck Salzeburgensis dioecesis, quam dilectus filius Henricus Electus Frisingensis tempore promotionis per Nos factae de



eo ad dictam ecclesiam tunc pastoris solatio destitutam obtinebat, prout obtinet, per hujusmodi promotionem (*et*) munus consecrationis ipsi Electo impendendum vacare speraretur, Nos tunc cum illam, ut praefertur, vel per lapsum temporis, de consecrandis Episcopis a canonibus diffiniti, vel alias quovis modo, praeterquam per ipsius Electi obitum, vacare contingeret, dilecto filio Johanni Tolner Canonico Leodiensi conferendam cum omnibus juribus et pertinentiis suis donationi apostolicae per alias nostras litteras reservavimus, sibi que de illa mandavimus provideri, prout in eisdem litteris plenius continetur. Cum itaque hodie dictus Johannes parochialem ecclesiam hujusmodi, possessione illius per eum non habita, in manibus nostris sponte et libere resignaverit, Nosque resignationem hujusmodi duxerimus admittendam, dictaque ecclesia adhuc, ut praefertur, vacare speretur, Nos tibi, qui, ut asseris, in vigesimo primo vel circa tuae aetatis anno constitutus existis, et cum quo nuper, ut hujusmodi non obstante defectu unam ex quatuor tunc expressis parochialibus ecclesiis, de quarum numero dicta ecclesia existit, si tibi canonice conferretur, recipere et retinere valeres, per alias litteras nostras dispensatum extitit, praemissorum meritorum tuorum intuitu gratiam facere specialem volentes, nec non omnia et singula Canonatus et Praebendae (!) caeteraque Beneficia ecclesiastica cum cura vel sine cura, quae tunc etiam ex quibusvis dispensationibus apostolicis obtines et expectas, et in quibus et ad quae jus tibi quomodolibet competit aut competere potest, quaecunque, quotcunque et qualiacunque fuerint, eorumque fructuum, reddituum et proventuum veros annuos valores ac hujusmodi dispensationum tenores praesentibus pro expressis habentes, ecclesiam praedictam, cujus fructus, redditus et proventus octuaginta marcharum argenti secundum communem aestimationem valorem annum, ut etiam asseris, non excedunt, cum illam, ut praefertur, vel per lapsum temporis de conservandis (*consecrandis*) Episcopis a canonibus diffiniti, vel alias quovis modo, praeterquam per ipsius Electi obitum, vacare contigerit, conferendam tibi cum omnibus juribus et pertinentiis suis donationi apostolicae reservamus, districtius inhibentes venerabili fratri nostro . . .

Archiepiscopo Salzeburgensi, ac illi vel illis, ad quem vel ad quos ejusdem parrochialis ecclesiae collatio, provisio, praesentatio seu quaevis alia dispositio conjunctim vel divisim pertinet, ne de illa contra reservationem nostram hujusmodi disponere quoquomodo praesumant, ac decernentes ex nunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Non obstante, si aliqui super provisionibus sibi faciendis de hujusmodi vel aliis Beneficiis ecclesiasticis in illis partibus speciales vel generales apostolicae Sedis vel Legatorum ejus litteras impetrarint, etiamsi per eas ad inhibitionem, reservationem et decretum vel alias quomodolibet sit processum, quibus omnibus te in assecutione dictae parrochialis ecclesiae volumus anteferri, sed nullum per hoc eis quoad assecutionem Beneficiorum aliorum praejudicium generari. Seu si eidem Archiepiscopo vel quibusvis aliis communiter vel divisim a dicta sit Sede indultum, quod ad receptionem vel provisionem alicujus minime teneantur, et ad id compelli non possint, quodque de hujusmodi vel aliis Beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem, provisionem, praesentationem seu quamvis aliam dispositionem conjunctim vel separatim spectantibus nulli valeat provideri per litteras apostolicas, non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem, et qualibet alia dictae Sedis indulgentia generali vel speciali, cujuscunque tenoris existat, per quam praesentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus hujusmodi gratiae impediri valeat quomodolibet vel differi, et de qua cujusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis.

Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostrae reservationis, inhibitionis, constitutionis et voluntatis infringere. Siquis autem hoc attemptare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicae millesimo quadringentesimo quadragesimo sexto, quarto decimo Kalendas Augusti, Pontificatus nostri anno sexto decimo.

Simili modo scriptum est:

Venerabili fratri . . . . . Episcopo Melfiensi et dilectis filiis Abbati Monasterii Scotorum ac Decano Ecclesiae sancti Stephani Viennensis, Pataviensis dioecesis, salutem etc.

Vitae ac morum honestas aliaque laudabilia probitatis et virtutum merita, super quibus dilectus filius (*Franciscus*) Sclik Canonicus Ratisponensis apud Nos fide digno commendatur testimonio, Nos inducunt, ut sibi reddamur ad gratiam liberales. *Dudum etc.* ut supra usque . . . Quocirca discretioni vestrae per apostolica scripta mandamus, quatenus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios parrochiam ecclesiam praefatam, cum illam vacare contigerit, ut praefertur, etiamsi per resignationem hujusmodi aut alio quovis modo aut ex alterius cujuscunque persona seu per similem resignationem alicujus alterius, de illa extra Romanam Curiam, etiam coram Notario publico et testibus sponte factam, aut per constitutionem felicis recordationis Johannis Papae vigesimi secundi praedecessoris nostri, quae incipit: *Execrabilis* vacet, etiamsi tanto tempore vacaverit, quod ejus collatio juxta Lateranensis statuta concilii ad Sedem praedictam legitime devoluta, ipsaque parrochialis ecclesia speretur propter resignationem praedictam generaliter dispositioni apostolicae reservata existat, et super ea inter aliquos lis, cujus statum praesentibus haberi volumus pro expresso, pendeat indecisa, dummodo tempore datae praesentium non sit in ea alicui specialiter jus quaesitum, cum omnibus juribus et pertinentiis supradictis eidem Francisco conferre et assignare curetis, inducentes eum vel procuratorem suum ejus nomine in corporalem possessionem parrochialis ecclesiae, juriumque et pertinentiarum praedictorum, et defendentes inductum amoto exinde quolibet illicito detentore, ac facientes sibi de ipsius parrochialis ecclesiae fructibus, redditibus, proventibus, juribus et obventionibus universis integre responderi. Non obstantibus omnibus supradictis ac felicis recordationis Bonifacii Papae octavi praedecessoris nostri et aliis apostolicis constitutionibus contrariis quibuscunque. Aut si . . . . . Archiepiscopo praefato vel quibusvis aliis communi-

ter vel divisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdicti, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Contradictores auctoritate nostra appellatione postposita compescendo.  
Datum Romae etc. ut supra.

## 44.

Papst Nicolaus V. bestätigt die Rechte des Bischofs Heinrich von Freysing gegen die Ansprüche des (Bischofs) Johann Grünwalder.

30. Aug. 1447.

(Ex Regesto litterarum Nicolai PP. V. Anni I. Tom. 4. p. 90.)

Nicolaus <sup>1)</sup> Episcopus servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Ex debito pastoralis ministerii, quo Ecclesiarum omnium regimini licet immeriti praesidemus, ea, quae pro illarum felici gubernatione per Romanos Pontifices et eorum auctoritate provide facta sunt, ut illibata persistent, libenter, praesertim cum per pastores earundem a Nobis petitur, apostolico munimine roboramus.

Sane pro parte dilecti filii Henrici Electi Frisingensis petitio continebat, quod, licet dudum felicitis recordationis Eugenius Papa quartus praedecessor noster, vacatione Ecclesiae Frisingensis per eum intellecta, ne ipsa longae vacationis exponeretur incommodis, paternis et sollicitis studiis intendere volens, post deliberationem, quam de praeficiendo dietae Ecclesiae personam utilem et etiam fructuosam cum fratribus suis habuerat diligentem, praefatae Ecclesiae de persona sua de dictorum fratrum consilio auctoritate apostolica, etiam antequam quidam Johannes Bennewalder (*Grünwalder*) in dieta Ecclesia intrusus per illius Capitulum eligeretur, providerit ipsumque illi praefecerit in Episcopum et Pastorem, curam et administrationem ipsius Ecclesiae sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie com-

---

<sup>1)</sup> Nicolaus V. wurde den 6. März 1447 zum Papste gewählt und 12 Tage nach der Wahl gekrönt. Er starb den 24. März 1455.

mittendo, ipseque Henricus post provisionem sibi, ut praemittitur, factam contra dictum Johannem in Romana Curia litigando pro se et contra dictum Johannem super dicta Ecclesia diffinitivam adjudicatoriam sententiam, quae nulla provocatione suspensa in rem transivit judicatam, cum condemnatione fructuum et expensarum reportaverit, dictumque Johannem vigore litterarum executorialium desuper a dicto praedecessore emanatarum, ut juxta illarum continentiam Ecclesiam Frisingensem vacuum et expeditam dimitteret, sibi que de fructibus per eum perceptis et condemnatis satisfaceret, requiri fecerit, nihilominus eundem Johannem litteris executorialibus hujusmodi minime paruisse neque parere velle, et in intrusionione sua in Sedis apostolicae contemptum et dicti Henrici praedictum non modicum et gravamen gloriari Christique fideles illarum partium circumveniendo eis asserere et allegare, provisionem ipsius Henrici de dicta Ecclesia per praefatum praedecessorem, ut praefertur, factam et sententiam praedictam ac omnia inde secuta nulla et invalida nulliusque roboris vel momenti fuisse atque fore.

Quare pro parte dicti Henrici Nobis fuit humiliter supplicatum, ut sibi et statui suo in praemissis oportune providere ac provisioni et sententiae praefatis nec non omnibus inde secutis pro illorum subsistentia firmiori robur apostolicae confirmationis adiacere de benignitate apostolica dignaremur.

Nos hujusmodi supplicationibus justis et honestis inclinati, cum Nobis constaret, prout constat, provisionem, sententiam et inde secuta rite et legitime facta fuisse, eaque valida existere, provisionem et sententiam praedictas et omnia inde secuta rata et grata habentes, illa auctoritate apostolica ex certa scientia confirmamus et praesentis scripti patrocinio communimus, omnesque et singulos defectus, si qui forsitan intervenerint in eisdem, ex simili scientia et ex apostolicae potestatis plenitudine supplementis, et nihilominus omnibus et singulis Christi fidelibus districte praecipiendo mandamus, quatenus praedictum Johannem intrusum, nisi paruerit mandatis nostris, tamquam excommunicatum, anathematizatum, scismaticum et haeticum publice in eccle-

siis et locis quibuscunque publicent et denuntient, ac ut talem publicari et denunciari faciant, et ex dicta Ecclesia Frisingensi eiciant et expellant, dictumque Henricum in corporalem possessionem praefatae Ecclesiae Frisingensis etiam cum brachio saeculari inducant sibi et non dicto Johanni de omnibus et singulis fructibus, redditibus, proventibus, juribus et obventionibus universis ad mensam Episcopalem Frisingensem spectantibus respondeant et responderi faciant cum effectu, aliaque omnia et singula in provisionis et executorialibus litteris contenta faciant et exequantur, ac si in praesentibus de verbo ad verbum inserta et a nobis specialiter emanata fuissent. Contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii saecularis.

Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostrae constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicae millesimo quadringentesimo quadragesimo septimo, tertio Kalendas Septembris, Pontificatus nostri anno primo.

45.

Papst Nicolaus V. genehmiget die Verzichtleistung des Heinrich Slick auf das Bisthum Freysing.

15. Jan. 1448.

(Ex Regesto litterarum Eugenii PP. IV. et Nicolai PP. V. Tom. 21. pag. 87.)

Nicolaus Episcopus servus servorum Dei.

Dilecto filio Henrico Slick Notario nostro salutem et apostolicam benedictionem.

Grata devotionis obsequia, quae Nobis et apostolicae Sedi hactenus impendisti et adhuc sollicitis studiis impendere non desistis, nec non nobilitas generis, vitae ac morum honestas aliaque laudabilia probitatis et virtutum me-

rita, quibus personam tuam etiam fide dignorum testimoniis juvari percepimus, Nos inducunt, ut illa tibi favorabiliter concedamus, quae tuis oportunitatibus fore conspiciamus oportuna.

Cum itaque hodie tu pro tranquillo et quieto statu Ecclesiae Frisingensis ad requisitionem nostram provisioni tibi per felicitis recordationis Eugenium Papam quartum praedecessorem nostrum de dicta Ecclesia factae per dilectum filium Henricum Masheim, litterarum apostolicarum abbreviatorem, procuratorem tuum ad hoc a te specialiter constitutum, in manibus nostris sponte et libere cesseris<sup>1)</sup>, Nosque cessionem ipsam duxerimus admittendam, Nos tibi, ne ex cessione hujusmodi nimium patiaris detrimentum, de alicujus subventionis auxilio providere, nec non praemissorum meritorum tuorum intuitu specialem gratiam facere volentes, motu proprio, non ad tuam vel alterius pro te Nobis super hoc oblatae petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate castrum Rotenfels et opidum Oberwelz Salzeburgensis dioecesis cum omnibus fructibus, redditibus et proventibus suis juxta formam laudi pronunciationis et declarationis, per Carissimum in Christo filium nostrum Fredericum Regem Romanorum Illustris factarum desuper, ex certa scientia auctoritate apostolica tenore praesentium per te tenendum, regendum, gubernandum et usufructuandum reservamus et assignamus, decernentes, castrum et opidum praedicta juxta formam laudi pronunciationis ac declarationis hujusmodi ad te spectare debere, ac volentes et eadem auctoritate statuentes, quod castrum et opidum hujusmodi juxta formam praedictarum in nullius alterius, quam tuis manibus, potestate et dominio consistere debeant, districtius inhibentes venerabili fratri nostro . . . . . Episcopo Frisingensi<sup>2)</sup> ac dilectis filiis Capitulo dictae Ecclesiae et aliis quibuscunque sub excommunicationis poena, quam contrafacientes incurrere volumus ipso facto, ne te opidi fruc-

<sup>1)</sup> Vgl. diese Beiträge Bd. I. S. 88 und 193.

<sup>2)</sup> Der Nachfolger des Bischofs Heinrich war sein bisheriger Gegner, Johann Grünwalder. Vgl. Beitr. I. 20, 88 und 193.

tuum, reddituum et proventuum praedictorum per se vel alium seu alios quovis quaesito colore molestant, perturbent seu inquietent, aut molestari, perturbari seu inquietari facere quoquomodo praesumant, decernentes ex nunc irritum et inane, quicquid secus actum vel attemptatum forsitan est hactenus vel in posterum contigerit attemptari, mandantes nihilominus omnibus et singulis Abbatibus, Praepositis, Decanis, Scholasticis, Cantoribus ac Canonicis metropolitanarum seu cathedralium Ecclesiarum, quatenus ipsi per se vel alium seu alios faciant auctoritate nostra castrum et opidum cum fructibus, redditibus et proventibus praedictis juxta formam et tenorem reservationis nostrae ac laudi pronuntiationis et declarationis Regis praedicti in manibus praefati Henrici vel procuratoris sui permanere. Et nihilominus quemlibet ex perturbatoribus, molestatoribus et inquietatoribus praedictis, quem excommunicationis sententiam hujusmodi ipsis incurrisse constiterit, quotiens super hoc pro parte dicti Henrici vel procuratoris sui fuerint requisiti, vel alter eorum fuerit requisitus, tandiu Dominicis et aliis festivis diebus in ecclesiis et aliis locis ecclesiasticis, dum major inibi multitudo populi convenerit, excommunicatum publice nuntient faciantque ab aliis publice nunciari et ab omnibus arctius evitari, donec Henrico vel procuratori praefato de omnibus illatis fuerit integre satisfactum ipseque excommunicatus ab eadem sententia absolutio-  
 nis beneficium meruerit obtinere. Non obstantibus omnibus supradictis, seu si perturbatoribus, molestatoribus et inquietatoribus praefatis vel quibusvis aliis communiter vel divisim a Sede praedicta indultum existat, quod interdicti, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas, non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo.

Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicae millesimo quadringentesimo quadragesimo octavo, decimo septimo Kalendas Februarii, Pontificatus nostri anno secundo.



Papst Nicolaus V. ertheilt allen jenen einen Ab-  
 laß, welche zum Bau der Klosterkirche in Tegern-  
 see milde Beyträge geben wollen.

25. Febr. 1451.

(Ex Regesto secretorum Nicolai PP. V. Tom. 16. pag. 294.)

Nicolaus Episcopus servus servorum Dei.

Universis Christi fidelibus praesentes litteras inspectu-  
 ris salutem et apostolicam benedictionem.

Licet is, de cujus munere venit, ut sibi a suis fide-  
 libus digne et laudabiliter serviatur, de habundantia suae  
 pietatis, quae merita supplicum excedit et vota, bene ser-  
 vientibus sibi multo majora retribuatur, quam valeant pro-  
 mereri, nihilominus tamen desiderantes, Domino populum  
 reddere acceptabilem et honorum operum sectatorem, fide-  
 les ipsos ad complacendum ei quasi quibusdam allectivis  
 muneribus indulgemus videlicet et remissionibus invitamus,  
 ut exinde reddantur Divinae gratiae aptiores. Cupientes  
 igitur, ut ecclesia Monasterii sancti Quirini in Tegernsee,  
 ordinis sancti Benedicti, Frisingensis dioecesis, quae, sicut  
 accepimus, in suis structuris et aedificiis diuturnitate tem-  
 porum et sinistris eventibus id causantibus ad non modicam  
 ruinam devenit et in redditibus diminuta, et in quo aliqui-  
 bus annis transactis regularis observantia incepta et inducta  
 extitit, in aedificiis et structuris hujusmodi aliquantulum  
 reparata quantocius perficiatur, et tempore procedente  
 in eisdem conservetur congruisque honoribus frequentetur,  
 et ut fideles ipsi eo libentius causa devotionis ad illam con-  
 fluant et ad perfectionem hujusmodi manus promptius por-  
 rigant adiutrices, quo ex hoc ibidem dono coelestis gratiae  
 uberius conspexerint se refectos, de omnipotentis Dei mise-  
 ricordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus auc-  
 toritate confisi, omnibus vere poenitentibus et confessis,  
 qui in festo translationis praefati Sancti ecclesiam dicti mo-  
 nasterii a primis vesperis usque ad secundas vespervas in-  
 clusive devote visitaverint annuatim, nec non ad perfectio-  
 nem et conservationem hujusmodi manus porrexerint adju-  
 trices, seu pias inibi eleemosinas erogaverint, ut praefertur,

septem annos et totidem quadragenas de injunctis eis poenitentibus misericorditer relaxamus. Volumus autem, quod si alias visitantibus dictum monasterium, aut ad ejus reparationem, perfectionem et conservationem manus porrigentibus adjutrices, vel alias inibi pias eleemosinas erogantibus, aut alias aliqua alia indulgentia in perpetuum vel ad certum tempus nondum elapsum duratura per Nos concessa fuerit, praesentes litterae nullius existant roboris vel momenti.

Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicae millesimo quadringentesimo quinquagesimo primo, quinto Kalendas Martii, Pontificatus nostri anno quinto.

## 47.

Papst Nicolaus V. bewilligt die Vereinigung der Pfarrey Königsdorf mit dem Kloster Benedictbeuern \*).

7. Aug. 1453.

(Ex Regesto litterarum Nicolai PP. V. Anni VII. Tom. 43. pag. 22.)

Nicolaus Episcopus servus servorum Dei.

Ad futuram rei memoriam.

Ex clementi provisione Sedis apostolicae nec non ecclesiasticarum, praesertim sub regulari habitu studio piaevitae Altissimo famulantium personarum devotione et meritis dinoscitur provenire, quod Romanus Pontifex quandoque a praedecessoribus suis Romanis Pontificibus seu pro talibus habitis in personarum illarum et eorundem monasteriorum aliorumque piorum locorum commodum et utilitatem

---

\*) Das zur Diöcese Augsburg gehörige Kloster Benedictbeuern, welches in dem nahe gelegenen, aber schon dem Bisthum Freysing zuständigen Pfarorte Königsdorf Güter und Rechte besaß, die es gerne an Ort und Stelle durch einige seiner Conventualen selbst hätte verwalten lassen, gab sich öfters Mühe, zum Besitz der Pfarrey Königsdorf zu gelangen. Ungeachtet mehrerer, diesen Wünschen und Bestrebungen günstiger Concessionen von Seite der Päpste und selbst der freysingischen Bischöfe erreichte jedoch dasselbe nie seinen Zweck. Der nähere Hergang dieser Sache wird am Schlusse der gegenwärtigen Urkundensammlung durch mehrere, gleichfalls urkundliche Beylagen dargestellt werden.

provide gesta corroboret ac ut sublatis quibusvis dispendiis perpetuo rata et illibata permaneant, opem impendat et operam efficaces.

Dudum siquidem Bonifacio Papa (*Papae?*) octavo in sua obedientia, de qua partes illae tunc erant, nuncupato pro parte tunc Abbatis et dilectorum filiorum conventus Monasterii in Benedictempeuren, ordinis sancti Benedicti, Augustensis dioecesis exposito<sup>1)</sup>, quod olim bonae memoriae Bertoldus Episcopus Frisingensis, considerans exilitatem fructuum et proventuum dicti Monasterii ac cupiens, eisdem Abbati et conventui pro oneribus ipsi Monasterio incumbentibus facilius supportandis de alicujus subventionis auxilio providere, parrochiam ecclesiam in Chunestorff<sup>2)</sup> Frisingensis dioecesis, ad collationem ipsius Episcopi dumtaxat tunc pertinentem, cum omnibus juribus et pertinentiis suis Abbati et conventui ac Monasterio praedictis auctoritate ordinaria donaverat, ipsisque illam, quantum cum eo fuit, univerat, annexerat et incorporaverat, ita quod cedente vel decedente Rectore dictae parrochialis ecclesiae, qui tunc erat, vel ecclesiam ipsam alias quomodolibet dimittente, liceret eisdem Abbati et conventui, ipsam parrochiam ecclesiam apprehendere et perpetuo retinere ac illius fructus, redditus et proventus in eorum usus convertere, prout in litteris inde confectis, ipsius Episcopi sigillo munitis, quarum tenorem dictus Bonifacius suis litteris haberi voluit pro expresso, dicebatur plenius contineri, ipsique Abbas et conventus postmodum eandem ecclesiam tunc certo modo vacantem vigore donationis, incorporationis, annexionis et unionis hujusmodi assecuti, illam ex tunc aliquandiu tenuerant et possederant, prout tunc tenebant et possidebant, ac subjuncto eidem Bonifacio, quod dicti Abbas et

<sup>1)</sup> Dieser unklare Satz lautet in der Handschrift, sowie in der im königl. Reichsarchiv vorhandenen Originalbulle genau so, wie er hier abgedruckt ist.

<sup>2)</sup> Ghimstorf, jetzt Königsdorf. — Zu dieser Pfarrey gehörte auch Tölz, wehin später der Pfarrsitz mit allen Vorrechten der Mutterpfarrey verlegt wurde.

conventus dubitabant, donationem, unionem, annexionem et incorporationem praedictas ex certis causis viribus non subsistere, praefatus Bonifacius easdem donationem, unionem, annexionem et incorporationem ac assecutionem et quaecunque inde secuta rata habens et grata, illa auctoritate apostolica ex certa scientia confirmavit et sui scripti patrocinio communivit, supplens omnes defectus, siqui forsitan intervenissent in eisdem, et nihilominus ecclesiam praedictam, super qua inter eodem Abbatem et conventum ac quondam Petrum Lutwini <sup>3)</sup> Canonicum Frisingensem ex altera lis, cujus etiam statum in eisdem suis litteris haberi voluit pro expresso, in Palatio causarum apostolico pendere dicebatur indecisa, in Cunistorff et in Achingen ac in Sandawe <sup>4)</sup>, dictae Augustensis dioecesis parochiales ecclesias, cum omnibus juribus et pertinentiis suis motu proprio et ex certa scientia de novo in perpetuum univit, annexuit et incorporavit, ita quod cedentibus vel decedentibus praefato Petro et Rectoribus ecclesiarum praedictarum, vel ecclesias ipsas alias quomodolibet dimittentibus, vel etiam si

---

<sup>3)</sup> So lautet der Name in dieser Bulle; aber nach der Originalbulle im königl. Reichsarchive zu München vom 2. Februar 1399 wäre Lentwini zu lesen. Es kommt jedoch ein freyburgischer Domherr selchen oder ähnlichen Namens sonst nirgends vor. Als Pfarrer von Königsdorf war er der unmittelbare Nachfolger des Domherrn Rudolph von Haslang, welcher den 11. März 1398 starb.

<sup>4)</sup> Die Pfarreyen Ghingen (Achingen) und Sandau. — Ghingen ist eine Pfarrey bey Nordendorf, Decanats Westendorf. Der Kirchensatz war ein bayrisches Lehen und gehörte den Marschallen von Beckenberg, welchen es Kaiser Ludwig d. 21. Apr. 1315 allodificirte. Am 4. Nov. 1393 verkauften die Marschälle Sifrid, Ulrich und Wilhelm diesen Kirchensatz an das Kloster Benedictbeuern, wozu Bischof Burkard von Augsburg am 12. Dec. des nämlichen Jahres seine Zustimmung ertheilte. Im 18. Jahrhundert erhielt das Kloster die Erlaubniß, die Pfarrey mit Religiosen zu besetzen. S. Placid. Braun's Beschreibung des Bisthums Augsburg (II. 322, 323) und Meichelb. chronic. benedictob. (I. 165 u. II. 96 bis 103.) — Ueber die Pfarrey Sandau (jetzt eine Filiale von Untermühlhausen, Decanats Landsberg) sehe man Braun l. c. (I. 378) und das oberbayer. Archiv (VII. 169 — 185).

idem Abbas et conventus ecclesiam ipsam in Cimestorff (Cumstorff) ab ipso Petro evincerent, liceret eisdem Abbati et conventui, corporalem possessionem praedictarum parochialium ecclesiarum auctoritate propria de novo libere apprehendere et perpetuo licite retinere ac fructus, redditus et proventus praedictarum ecclesiarum percipere et in suos usus convertere easque per monachos Monasterii praedicti vel alios presbyteros ydoneos, saeculares vel regulares, ad nutum dictorum Abbatis et conventus ponendos et amovendos, regi et gubernari facere, Dioecesani loci vel alterius cujuscunque licentia seu consensu super eo minime requisitis, prout in dictis Bonifacii litteris plenius continetur <sup>5)</sup>.

Postmodum vero, sicut exhibita Nobis nuper pro parte dilecti filii Guillermi moderni Abbatis Monasterii et conventus praedictorum petitio continebat, licet olim tunc Abbas dicti Monasterii et conventus praefati dictarum ecclesiarum tunc certis modis vacantium possessiones earumdem Bonifacii litterarum vigore assecuti, illas ex tunc tenuerunt et possederunt pacifice et quiete, tamen ex post sive ob incuriam sive negligentiam Abbatis pro tempore existentis et conventus praedictorum seu etiam propter scisma tunc in Dei ecclesia vicens, sive ex eo, quod bonae memoriae Baldesar Episcopus Tusculanus, tunc Johannes vigesimus tertius in sua obedientia nuncupatus, quoddam statutum per quondam Hermannum Electum Frisingensem et dilectos filios Capitulum Ecclesiae Frisingensis editum, in quo inter cetera cavetur, quod dicta ecclesia in Chunistorff per alios, quam Canonicos Frisingenses obtineri non possit, nec alteri conferri debeat, et (!) post donationem, unionem, annexionem et incorporationem praedictas per suas litteras dicitur confirmasse, donatio, unio, annexio et possessionis assecutio hujusmodi quoad praefatam ecclesiam in Chunistorff continuatae non fuerunt, sed post dicti adversarii seu litigantis obitum ipsa ecclesia in Chunistorff quatuor aut pluribus vi-

---

<sup>5)</sup> Diese Bullen des Papstes Bonifacius IX., sowie jene des Papstes Johann XXIII. werden in den Beilagen zur gegenwärtigen Urkunde folgen.

cibus successive vacans diversis Canonicis dictae Ecclesiae Frisingensis seu aliis apostolica vel ordinaria auctoritate collata extitit.

Cum autem, sicut eadem petitio subjungebat, ipsi Guillelmus Abbas et conventus, qui nuper donationis, confirmationis, unionis et earum Bonifacii litterarum obtentu dictae ecclesiae in Chunistorff per obitum quondam Johannis Greyff illius ultimi Rectoris, extra Romanam curiam defuncti, vacantis possessionem pacificam apprehenderunt illamque ex tunc tenuerunt et possederunt, ac de praesenti tenent et possident pacifice et quiete, et alias juxta ipsarum litterarum Bonifacii tenorem in illa Vicarium sive Curatum instituerunt, dubitent ex interruptione continuationis unionis, annexionis, incorporationis et possessionis praedictarum, nec non confirmatione statuti hujusmodi, ipsis donationi, unioni, annexioni, incorporationi et confirmationi ac litteris Bonifacii quoad ecclesiam de Chunistorff derogatum fuisse ac de earum viribus hacsitari posse, et propterea donationem, unionem, annexionem, incorporationem et confirmationem ac litteras Bonifacii praedictas, nec non omnia et singula in ipsis Bonifacii litteris contenta et inde secuta pro eorum subsistentia firmiori apostolico munimine roborari desiderent, pro parte eorundem Guillelmi moderni Abbatis et conventus Nobis fuit humiliter supplicatum, ut eorum desiderio hujusmodi favorabiliter annuere et alias super hiis oportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

Nos igitur carissimi in Christo filii nostri Frederici Romanorum Imperatoris semper Augusti Nobis etiam pro dicto Guillelmo Abbate dilecto Cappellano suo <sup>6)</sup> super hoc supplicantis, nec non Guillelmi Abbatis et conventus hujusmodi supplicationibus inclinati donationem, unionem, annexionem, incorporationem, confirmationem et litteras Bonifacii

---

<sup>6)</sup> Die Urkunde über die Ernennung des Abtes Wilhelm von Benedictbeuern zum Hofcaplan des Kaisers Friedrich III. (Neunstädt am Montag nach St. Prangrazentag 1453) ist in Reichelb. Chronik v. Benedictbeuern (I. 185) abgedruckt.

hujusmodi ac in illis contenta et inde secuta praedicta rata habentes et grata, ea omnia et singula auctoritate apostolica ex certa scientia approbamus et confirmamus et praesentis scripti patrocinio communimus, supplentes omnes defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem, et nihilominus pro potiori cautelae suffragio dictam ecclesiam in Chunistorff, cujus decem et octo, sive praemisso sive alias quovis modo aut ex alterius cujuscunque persona seu per liberam resignationem dicti **Johannis Greyff** vel alterius de illa in Romana Curia vel extra eam, etiam coram Notario publico et testibus sponte factam, aut per constitutionem felicis recordationis **Johannis Papae vigesimi secundi** praedecessoris nostri, quae incipit **Execrabilis**, vel alicujus Beneficii ecclesiastici quavis auctoritate collati vacet, etiam si tanto tempore vacaverit, quod ejus collatio juxta **Lateranensis** statuta concilii ad Sedem praedictam legitime devoluta ipsaque ecclesia in **Chunistorff** dispositioni apostolicae specialiter reservata existat, et super ea inter aliquos lis, cujus statum praesentibus haberi volumus pro expresso, pendeat indecisa, cum omnibus juribus et pertinentiis supradictis eidem monasterio, cujus quinquaginta marcharum argenti fructus, redditus et proventus secundum communem aestimationem valorem annum, ut asseritur, non excedunt, eisdem auctoritate et scientia de novo in perpetuum unimus, annectimus et incorporamus, ita quod ex nunc liceat **Guillermo** et pro tempore existenti **Abbati** dicti **Monasterii** ac conventus praefatorum per se vel alium seu alios corporalem possessionem parochialium ecclesiarum juriumque et pertinentiarum praedictorum propria auctoritate de novo libere apprehendere et perpetuo licite retinere illiusque fructus, redditus et proventus in suos nec non **Monasterii** et parochialium ecclesiarum praedictorum usus et utilitatem convertere, **Dioecesanorum** locorum et quorumlibet aliorum licentia sive consensu desuper minime requisitis.

Praeterea auctoritate et scientia praedictis praesentis perpetuo valiturae constitutionis edicto statuimus, decernimus et ordinamus, quod nulla persona, cujuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis vel nobilitatis, praeceminentiae

aut conditionis fuerit, deinceps perpetuis futuris temporibus per quascunque expectativas gratias et de proximo vacaturis seu aliarum specialium reservationum et de sic vacaturis cum vacabunt conferendi mandatorum aut de illa personas hujusmodi nominandi facultatum, seu alia per Nos vel Sedem praedictam ac ipsius Sedis Legatos sub quibusvis formis et expressionibus verborum etiam motu et scientia similibus concessa et in posterum concedenda litteras, privilegia vel indulta dictas parrochiales ecclesias seu aliquam ex eis acceptare, seu de illis vel illarum aliqua sibi provideri facere aut aliis providere seu ad easdem personas hujusmodi nominare valeant quoquomodo, nec dictae ecclesiae seu aliqua ex eis sub hujusmodi litteris, privilegiis et indultis, etiamsi nominatim, specificè et expresse sub eis comprehendi viderentur et comprehenderentur, nisi in ipsis concedendis litteris, privilegiis vel indultis de praesentibus illarumque data de verbo ad verbum specialis, specifica et expressa, non autem per generales seu alias expressam mentionem importantes clausulas mentio fiat, aliquatenus comprehendantur. — Non obstantibus praemissis ac piae memoriae Bonifacii Papae octavi, etiam praedecessoris nostri, et aliis apostolicis, nec non in provincialibus vel synodalibus editis constitutionibus, et praedicto per capitulum facto, nec non per Baldesarem Johannem vigesimum tertium, ut praemittitur, confirmato aliisque statutis et consuetudinibus Monasterii et ordinis praedictorum ac etiam Ecclesiae Frisingensis, juramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis, quibus omnibus et singulis, eorum tenores de verbo ad verbum praesentibus pro expressis habentes, quoad praemissa auctoritate et scientia antedictis harum serie expresse derogamus, contrariis quibuscunque. Aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis de hujusmodi vel aliis Beneficiis ecclesiasticis in illis partibus speciales vel generales dictae Sedis vel Legatorum ejus litteras impetrarint, etiamsi per eas ad inhibitionem, reservationem et decretum vel alias quomodolibet sit processum, quas quidem litteras et processus habitos et habendos per easdem, et quaecunque inde secuta quoad praefatas parrochiales ecclesias volumus non extendi, sed



nullum per hoc eis quoad assecutionem Beneficiorum aliorum praejudicium generari, et quibuslibet privilegiis, indulgentiis et litteris apostolicis generalibus vel specialibus, quorumcunque tenorum existant, per quae, praesentibus non expressa vel totaliter non inserta, effectus eorum impediri valeat quomodolibet vel differi, et de quibus; quarumque totis tenoribus habenda sit in nostris litteris de verbo ad verbum mentio specialis.

Volumus autem, quod praedictae ecclesiae parrochiales debitis propterea non fraudentur obsequiis, et animarum cura in eis nullatenus negligatur, quodque Abbas et conventus praedicti ratione earundem parrochialium ecclesiarum episcopalia jura solvere et alia ipsis incumbentia onera supportare teneantur. Et insuper ex nunc irritum decernimus et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostrae approbationis, confirmationis, communionis, suppletionis, unionis, annexionis, incorporationis, statuti, constitutionis, ordinationis, derogationis et voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicae millesimo quadringentesimo quinquagesimo tertio, septimo Idus Augusti, Pontificatus nostri anno septimo.

## 48.

Papst Nicolaus V. verleiht die durch die Beförderung des Ulrich v. Nussdorf zum Bisthum Passau erledigte Dompropstey in Freysing dem Ulrich Riederer.

4. Nov. 1454.

(Ex Regesto litterarum de Curia Nicolai PP. V. Tom. 46. p. 187.)

Nicolaus Episcopus servus servorum Dei.

Dilecto filio Ulricho Riedrer <sup>1)</sup>, Canonico Constantiensi, decretorum Doctori, salutem et apostolicam benedictionem.

<sup>1)</sup> Vgl. Heckenstaller diss. de eccl. cathedr. Frisingen. p. 42.—  
Ulrich Riederer v. Paar, der Rechte Lic., des Kaisers Friedrich III.

Litterarum scientia, vitae ac morum honestas aliaque laudabilia probitatis et virtutum merita, super quibus apud Nos fide digno commendaris testimonio, Nos inducunt, ut tibi reddamur ad gratiam liberales.

Cum itaque Praepositura Ecclesiae Frisingensis, quam dilectus filius Ulricus, Electus Pataviensis <sup>2)</sup>, tempore promotionis per Nos hodie factae de persona sua ad Ecclesiam praedictam tunc pastore carentem obtinebat, prout obtinet, per promotionem hujusmodi et munus consecrationis eidem Electo impendendum vacare speretur, Nos volentes tibi, qui, ut accepimus, Carissimi in Christo filii nostri Frederici Romanorum Imperatoris semper Augusti Consiliarius existis, praemissorum meritorum tuorum intuitu gratiam facere specialem, motu proprio, non ad tuam vel alterius pro te Nobis super hoc oblatae petitionis instantiam, sed ex nostra mera liberalitate ac etiam contemplatione praec-

Kanzler, war seit 1440 Domherr in Augsburg, seit 1446 auch Domherr in Freysing. Er starb zu Neustadt in Oesterreich im Monate December 1462. — Nachdem der Stiftspropst Johann Luelbeck von St. Weit bey Freysing am 10. Jan. 1453 Bischof von Freysing geworden war, hatte Papst Nicolaus, wie die folgende Urkunde zeigt, dem Ulrich Niederer bereits die Propstei bey St. Weit zugebracht, auf welche jedoch dieser verzichtete, als vor der Ausfertigung der Collationsbulle auf jene Stiftspropstei auch die freysingische Dompropstei in Erledigung kam.

- 2) Ulrich von Rusdorf, aus einem bayerischen Adelsgeschlechte, Domherr zu Passau, erhielt im Jahre 1437 ein Domcanonicat zu Freysing, wo er im Jahre 1442 Stiftspropst bey St. Andr. und im Jahre 1445 auch Dompropst wurde. Nach dem am 24. Juny 1451 erfolgten Tode des Bischofs Leonhard in Passau empfahl der Kaiser Friedrich dem dortigen Capitel den Propst Albert von Schaumberg in Wien zum Bischof; dieses wählte aber, durch die Herzoge Albert und Ludwig von Bayern aufgemuntert, den gelehrten Ulrich von Rusdorf, welcher zu Pavia studirt hatte, dort zum Doctor der geistlichen Rechte erhoben und dann zu Kanzlersdiensten bey dem jungen König Ladislaus verwendet werden war. Seine schon am 19. July 1451 erfolgte Wahl erhielt erst am 4. Nov. 1454 auf Verwendung des Königs Ladislaus und auf Betrieb des Aeneas Sylvius die Päpstliche Bestätigung. Er starb den 2. Sept. 1479.

fati Imperatoris Nobis pro te super hoc humiliter supplicantis, Praeposituram praedictam, quae in eadem ecclesia dignitas post Pontificalem major existit, et ad illam consuevit quis per electionem assumi, eique cura imminet animarum, et ejus fructus, redditus et proventus triginta marcharum argenti secundum communem aestimationem valorem annum, ut etiam accepimus, non excedunt, cum illam, ut praemittitur, vel per lapsum temporis de consecrandis Episcopis a canonibus diffiniti seu alias quovis modo postquam (*praeterquam?*) per obitum dicti Electi vacare contigerit, conferendam tibi cum omnibus juribus et pertinentiis suis donationi apostolicae reservamus, districtius inhibentes Episcopo Frisingensi pro tempore existenti ac dilectis filiis Capitulo ejusdem Ecclesiae, nec non illi vel illis, ad quem vel ad quos dictae Praepositurae collatio, provisio, praesentatio, electio seu quaevis alia dispositio communiter vel divisim pertinet, ne de illa contra nostram reservationem hujusmodi disponere quoquomodo praesumant, ac nostrae intentionis fuisse et esse, ex certa scientia declarantes, Praeposituram ipsam sub quibuscunque litteris a Nobis vel Sede apostolica aut Legatis ejusdem etiam motu et scientia similibus ad ipsam Praeposituram vel similes Dignitates, etiam primo vacaturas, sub quibuscunque verbis, clausulis et formis a Nobis emanatis et emanandis non fuisse nec esse comprehensam, etiamsi ad illam specialiter et expresse se extenderent, cassantesque et annullantes omnes alias reservationes, provisiones, collationes, acceptationes, uniones, annexiones, incorporationes, commendas et dispositiones de ipsa Praepositura etiam hodie motu et scientia similibus per Nos seu collatores ordinarios, ac etiam electiones et postulationes factas et faciendas illisque in judicio et extra nullam fidem adhibendam fore vel adhiberi debere decernentes ac mandantes, illas in supplicacionum et bullarum registris nostris ac alibi, ubicunque reperiantur, cassari debere et annullari, decernentesque ex nunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter attemptatum forsitan est haecenus vel in posterum contigerit attemptari. Non obstantibus praemissis ac constitutionibus et ordinationibus

apòstolicis nec non statutis et consuetudinibus dictae Ecclesiae Frisingensis, juramento, confirmatione apostolica vel quavis alia firmitate roboratis contrariis quibuscunque; aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis de Dignitatibus dictae Ecclesiae Frisingensis speciales vel aliis Beneficiis in illis partibus generales dictae Sedis vel Legatorum ejus litteras impetrarint, etiamsi per eas ad inhibitionem, reservationem et decretum vel alias quomodolibet sit processum, quibus omnibus te in assecutione dictae Praepositurae volumus anteferri, sed nullum per hoc eis quoad assecutionem Dignitatum aut Beneficiorum aliorum praejudicium generari. Seu si Episcopo et Capitulo praefatis vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab eadem sit Sede indultum, quod ad receptionem vel provisionem alicujus minime teneantur et ad id compelli non possint, quodque de Dignitatibus dictae Ecclesiae Frisingensis vel aliis Beneficiis ecclesiasticis, ad eorum collationem, provisionem, praesentationem, electionem seu quamvis aliam dispositionem conjunctim vel separatim spectantibus, nulli valeat provideri per litteras apostolicas, non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem, et qualibet alia dictae Sedis indulgentia generali vel speciali, cujuscunque tenoris existat, per quam praesentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus hujusmodi gratiae impediri valeat quomodolibet vel differi, et de qua cujusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Aut si praesens non fueris ad praestandum de observandis statutis et consuetudinibus dictae Ecclesiae Frisingensis solitum juramentum, dummodo in absentia tua per procuratorem ydoneum, et cum ad Ecclesiam ipsam accesseris, corporaliter illud praestes. Et insuper cessionem juris, tibi in Praepositura Ecclesiae sancti Viti Frisingensis vel ad eam quomodolibet competentis, per te hodie in manibus nostris sponte et libere factam, admitimus per praesentes. — Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostrorum reservationis, inhibitionis, declarationis, cassationis, annullationis, constitutionis, mandati, decreti, voluntatis et admissionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare praesump-

serit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicae millesimo quadringentesimo quinquagesimo quarto, pridie Nonas Novembris, Pontificatus nostri anno octavo.

Simili modo :

Nicolaus Episcopus servus servorum Dei.

Venerabilibus fratribus . . . . . Zamorensi et . . .  
. . . . . Gurcensi Episcopis ac dilecto filio . . . . . Decano Ecclesiae sancti Stephani Viennensis, Pataviensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem.

Hodie cum Praepositura Ecclesiae Frisingensis, quam dilectus filius Ulricus, Electus Pataviensis, tempore promotionis per Nos etiam hodie factae de persona sua ad Ecclesiam Pataviensem tunc pastore carentem obtinebat, prout obtinet, per promotionem hujusmodi ac munus consecrationis eidem Electo impendendum vacare speraretur, vel per lapsum temporis de consecrandis Episcopis a canonicis diffiniti aut alias quovis modo, postquam (*praeterquam?*) per obitum dicti Electi, vacare contingeret, conferendam dilecto filio Ulrico Riederer, Canonico Constantiensi, decretorum Doctori, cum omnibus juribus et pertinentiis suis donationi apostolicae reservavimus, prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur. Quocirca discretioni vestrae per apostolica scripta mandamus, quatenus vos vel duo aut unus vestrum, si et postquam litterae praedictae vobis praesentatae fuerint, per vos vel alium seu alios Praeposituram praedictam, cum vacaverit, ut praefertur, etiamsi actu quovis modo aut ex alterius cujuscunque personae (!) seu per liberam dicti Electi vel alterius de illa extra dictam Curiam, etiam coram Notario publico et testibus sponte factam resignationem, aut constitutionem felicis recordationis Johannis Papae vigesimi secundi praecessoris nostri, quae incipit *Execrabilis*, vel assecutionem alterius ecclesiastici Beneficii quavis auctoritate collati vacet, etiamsi tanto tempore vacaverit, quod ejus collatio juxta Lateranensis statuta concilii ad Sedem apostoli-

cam legitime devoluta ipsaque Praepositura dispositioni apostolicae specialiter vel generaliter reservata existat, et super ea inter aliquos lis, cujus statum praesentibus haberi volumus pro expresso, pendeat indecisa, cum omnibus juribus et pertinentiis supradictis eidem Ulrico Riederer auctoritate nostra conferre et assignare curetis, inducentes eum, recepto prius ab ipso nostro et Romanae Ecclesiae nomine fidelitatis debitae juxta formam, quam sub Bulla nostra mittimus interclusam, solito juramento, vel procuratorem suum ejus nomine in corporalem possessionem Praepositurae juriumque et pertinentiarum praedictorum, et defendentes inductum amoto exinde quolibet detentore et facientes Ulricum Riederer vel procuratorem praedictum pro eo ad hujusmodi Praeposituram, ut est moris, admitti sibi que de illius fructibus, redditibus, proventibus, juribus et obventionibus universis integre responderi. — Non obstantibus felicis recordationis Bonifacii Papae octavi praedecessoris nostri et aliis apostolicis constitutionibus, nec non omnibus illis, quae in dictis litteris non obstare volumus. Seu si Episcopo et dilectis filiis Capitulo Frisingensi vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdicti, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Contradictores auctoritate nostra per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo.

Datum ut supra.

## 49.

Papst Nicolaus V. verleiht die durch die Ernennung des Ulrich Riederer zum Dompropst in Freysing erledigte Propstei am Collegiatstifte zu St. Veit dortselbst dem Martin Laberwein\*).

4. Nov. 1454.

(Ex Regesto litterarum Nicolai PP. V. Anni VIII. Tom. 46. p. 195.)

\*) Diese Collationsbulle kam nicht zum Vorkommen. Auf den Stiftspropst Johann Tuelbeck bey St. Veit folgte i. J. 1454 Burcard v. Freysberg, Demherr in Freysing.

Nicolaus Episcopus servus servorum Dei.

Dilecto filio Martino Lawavveyn Praeposito Ecclesiae sancti Viti Frisingensis, salutem et apostolicam benedictionem.

Vitae ac morum honestas aliaque laudabilia probitatis et virtutum merita, super quibus apud Nos fide digno commendaris testimonio, Nos inducunt, ut tibi reddamur ad gratiam liberales.

Dudum siquidem omnes Dignitates caeteraque Beneficia ecclesiastica, quae promovendi per Nos ad quarumcunque cathedralium Ecclesiarum regimina, tempore promotionum hujusmodi obtinerent, in antea vacatura collationi et dispositioni nostrae reservavimus, decernentes ex tunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari.

Cum itaque, postmodum Praepositura Ecclesiae sancti Viti Frisingensis, quam venerabilis frater noster Johannes, Episcopus tunc electus Frisingensis, tempore promotionis per Nos factae de persona sua ad Ecclesiam Frisingensem tunc pastore carentem obtinebat, per promotionem hujusmodi ac munus consecrationis eidem Episcopo tunc electo impensum vacaverit et vacet ad praesens, nullusque de illa praeter Nos hac vice disponere potuerit sive possit, reservatione et decreto obsistentibus supradictis, ac etiam Canonicatus et Praebenda majoris Ecclesiae Frisingensis, quos dilectus filius Ulricus Electus Pataviensis tempore promotionis per Nos hodie factae de persona sua ad Ecclesiam Pataviensem tunc vacantem obtinebat, prout obtinet, per promotionem Ulrici Electi hujusmodi ac munus consecrationis eidem impendendum vacare sperentur; Nos, in quorum manibus dilectus filius Ulricus Riederer, Canonicus Constantiensis, cui dudum de praedicta Praepositura per promotionem Johannis Episcopi tunc electi Frisingensis hujusmodi vacatura concessimus provideri, ejusdem cessionis gratiae litteris apostolicis super illa non confectis ac omni juri sibi in dicta Praepositura vel ad eam quomolibet competenti etiam hodie sponte et libere cessit, Nosque cessionem ipsam duximus admittendam, volentes tibi praemissorum meritorum tuorum intuitu gratiam facere spe-

cialem, motu proprio et de nostra mera liberalitate, ac etiam contemplatione Carissimi in Christo filii nostri Frederici Romanorum Imperatoris semper Augusti pro te dilecto suo apud Nos super hoc intercedentis, Praeposituram praedictam, quae in ipsa Ecclesia sancti Viti Dignitas principalis, curata et electiva existit, et ad illa consuevit quis per electionem assumi, ac ei cura imminet animarum, cujusque quatuordecim . . . . . sive, ut praemittitur, sive alias quovis modo, aut ex alterius cujuscunque persona seu per liberam Johannis Episcopi aut Ulrici praedictorum vel alterius de illa in Romana Curia vel extra eam, etiam coram Notario publico et testibus sponte factam, aut per constitutionem felicis recordationis Johannis Papae vigesimi secundi praedecessoris nostri, quae incipit Execrabilis, vel assecutionem alterius ecclesiastici Beneficii quavis auctoritate collati vacet, etiamsi tanto tempore vacaverit, quod ejus collatio juxta Lateranensis statuta concilii ad Sedem apostolicam legitime devoluta ipsaque Praepositura dispositioni apostolicae specialiter vel alias generaliter reservata existat et super ea inter aliquos lis, cujus statum praesentibus haberi volumus pro expresso, in dicta Curia vel extra illam pendeat indecisa, cum omnibus juribus et pertinentiis suis apostolica tibi auctoritate conferimus et de illa etiam providemus. Canonicatu (!) vero et Praebenda (!) hujusmodi, quorum duodecim marcharum argenti fructus, redditus et proventus secundum communem aestimationem valorem annum, ut accepimus, non excedunt, cum eos, ut praemittitur, vel post lapsum temporis de consecrandis Episcopis a canonibus diffiniti vel alias quovis modo, praeterquam per obitum dicti Ulrici Electi, vacare contigerit, conferendos tibi cum plenitudine juris canonici ac omnibus juribus et pertinentiis suis donationi apostolicae motu simili reservavimus, districtius inhibentes Episcopo Frisingensi pro tempore existenti ac dilectis filiis Capitulo majoris Ecclesiae Frisingensis nec non illi vel illis, ad quem vel ad quos ipsorum Canonicatus et Praebendae collatio, provisio, praesentatio seu quaevis alia dispositio communiter vel divisim pertinet, ne de illis contra nostram reservationem hujusmodi disponere quoquomodo praesu-



mant, ac nostrae intentionis fuisse et esse ex certa scientia declarantes, Canonatum et Praebendam Ecclesiae Frisingensis ac Praeposituram Ecclesiae sancti Viti praedictos seu aliquos eorum, sub quibuscunque verborum clausulis et formis emanatis et emanandis non fuisse nec esse comprehensos vel comprehensam, etiamsi ad illos vel illam specialiter et expresse se extenderent, cassantesque et annullantes omnes alias reservationes, collationes, provisiones, acceptationes, uniones, annexiones, incorporationes, commendas et dispositiones, per Nos de ipsis Canonatu et Praebenda ac Praepositura sancti Viti hujusmodi etiam hodie motu et scientia similibus per Nos seu collatores ordinarios factas et faciendas illisque in iudicio et extra nullam fidem adhibendam fore vel adhiberi debere, decernentes ac mandantes, illas in supplicationum et bullarum registris nostris et alibi, ubicunque reperiantur, cassari debere et annullari, decernentesque ex nunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter attemptatum forsitan est hactenus vel in posterum contigerit attemptari. — Non obstantibus praemissis ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis nec non majoris Frisingensis et sancti Viti Ecclesiarum praedictarum, juramento, confirmatione apostolica vel quavis alia firmitate roboratis statutis et consuetudinibus contrariis quibuscunque. Aut si aliqui apostolica vel alia quavis auctoritate in dicta Ecclesia Frisingensi in Canonicos sint recepti vel, ut recipiantur, insistant. Seu si super provisionibus sibi faciendis de Canonatibus et Praebendis majoris Frisingensis ac Dignitatibus sancti Viti Ecclesiarum praedictarum speciales, vel aliis Beneficiis ecclesiasticis in illis partibus generales dictae Sedis vel Legatorum ejus litteras impetrarint, etiamsi per eas ad inhibitionem, reservationem et decretum vel alias quomodolibet sit processum, quibus omnibus te in Canonatus et Praebendae ac Praepositurae Ecclesiae sancti Viti hujusmodi assecutione volumus anteferri, sed nullum per hoc eis quoad assecutionem Canonatum et Praebendarum ac Dignitatum aut Beneficiorum aliorum praecedendum generari; aut si praefato Frisingensi Episcopo nec non praedictarum majoris et sancti Viti Ecclesiarum Capitulis

vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab eadem sit Sede indultum, quod ad receptionem vel provisionem aliqujus minime teneantur et ad id compelli non possint, quodque de Canonicatibus et Praebendis ac Dignitatibus Ecclesiarum praedictarum vel aliis Beneficiis ecclesiasticis, ad eorum collationem, provisionem, praesentationem, electionem seu aliam dispositionem conjunctim vel separatim spectantibus, nulli valeat provideri per litteras apostolicas, non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem, et qualibet alia dictae Sedis indulgentia generali vel speciali, cujuscunque tenoris existat, per quam praesentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus hujusmodi gratiae impediri valeat quomodolibet vel differri, et de qua cujusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis, seu si praesens non fueris ad praestandum de observandis statutis et consuetudinibus Frisingensis et sancti Viti Ecclesiarum praedictarum solita juramenta, dummodo in absentia tua per procuratorem ydoneum, et cum ad Ecclesias ipsas accesseris, corporaliter illa praestes.

Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostrae reservationis, inhibitionis, constitutionis et voluntatis infringere. Siquis autem hoc attemptare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicae millesimo quadringentesimo quinquagesimo quarto, pridie Nonas Novembris, Pontificatus nostri anno sexto decimo.

Simili modo scriptum est:

Venerabilibus fratribus Zamorensi et Gurcensi Episcopis ac dilecto filio Decano Ecclesiae sancti Stephani Viennensis, Pataviensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem.

Hodie cum Canonicatus et Praebenda Ecclesiae Frisingensis, quos dilectus filius Ulricus Electus Pataviensis tempore promotionis per Nos factae de persona sua ad Ecclesiam Pataviensem tunc pastore carentem obtinebat, prout

obtinet, per promotionem hujusmodi ac munus consecrationis eidem Electo impendendum vacare speraretur, Nos ipsos Canonicatum et Praebendam, cum illos, ut praemittitur, vel per lapsum temporis de consecrandis Episcopis a canonicis diffiniti, aut alias quovis modo, praeterquam per obitum dicti Electi, vacare contingeret, conferendos dilecto filio Martino Laweweyn, Praeposito Ecclesiae sancti Viti Frisingensis, cum plenitudine juris canonici ac omnibus juribus et pertinentiis suis donationi apostolicae motu proprio reservavimus, nec non de Praepositura Ecclesiae sancti Viti, tunc certo modo vacante et ante dispositioni apostolicae reservata, etiam cum omnibus juribus et pertinentiis suis motu simili gratiose providimus, prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur. Quocirca discretioni vestrae per apostolica scripta mandamus, quatenus vos vel duo aut unus vestrum, si et postquam litterae praedictae vobis praesentatae fuerint, per vos vel alium seu alios Canonicatum et Praebendam praedictos, cum illos vacare contigerit, ut praefertur, etiamsi actu alias quovis modo, aut ex alterius cujuscunque persona, seu per liberam dicti Electi vel alicujus alterius de illis in Romana Curia vel extra eam, etiam coram Notario publico et testibus sponte factam resignationem vacent, etiamsi tanto tempore vacaverint, quod eorum collatio juxta Lateranensis statuta concilii ad Sedem apostolicam legitime devoluta, ipsique Canonicatus et Praebenda dispositioni apostolicae alias specialiter vel generaliter reservati existant, et super eis inter aliquos lis, cujus statum praesentibus haberi volumus pro expresso, pendeat indecisa, cum plenitudine juris canonici et eorum omnibus juribus et pertinentiis supradictis eidem Martino auctoritate nostra conferre et assignare curetis, inducentes eum vel procuratorem suum ejus nomine in corporalem possessionem Canonicatus et Praebendae, ac recepto prius ab eo nostro et Romanae Ecclesiae nomine fidelitatis debitae juxta formam, quam sub Bulla nostra mittimus interclusam, solito juramento in Praepositurae juriumque et pertinentiarum praedictorum assecutione, et defendentes inductum amotis quibuslibet detentoribus ab eisdem, facientes ipsum Martinum vel dictum procuratorem pro eo ad Praebendam in

dicta Ecclesia Frisingensi in Canonicum recipi et in fratrem, stallo sibi in choro et loco in capitulo ipsius majoris Ecclesiae Frisingensis cum dicti juris plenitudine assignatis, ac ad Praeposituram hujusmodi, ut est moris, admitti, sibi-que de illius, nec non Canonicatus et Praebendae praedictorum fructibus, redditibus, proventibus, juribus et obventionibus universis integre responderi. — Non obstantibus felicis recordationis Bonifacii Papae octavi praedecessoris nostri et aliis apostolicis constitutionibus, nec non omnibus, quae in dictis litteris non obstare volumus. Aut si venerabili fratri nostro Episcopo Frisingensi et dilectis filiis Ecclesiarum praedictarum Capitulis vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem, contradictores auctoritate nostra appellatione postposita compescendo.

Datum ut supra.

## 50.

Papst Pius II. ertheilt Allen, welche zum Unterhalte der heiligen Dreyfaltigkeitskirche (einer ehemaligen Judensynagoge) in Landshut milde Gaben spenden werden, einen Ablass.

23. Nov. 1458.

(Ex Regesto litterarum Pii PP. II. Tom. 31. p. 138.)

Pius <sup>1)</sup> Episcopus servus servorum Dei.

Universis Christi fidelibus praesentes litteras inspecturis salutem et apostolicam benedictionem.

Increato Patri, Deo Majestatis, et Filio reverentiam exhibet, qui Spiritum sanctum procedentem pariter ab utroque veneratur et honorat. Illustrati ergo Spiritus sancti per gratiam et Deum Patrem in Filio, ac Filium in eodem certius profitentes, digne tribus ipsis in Spiritu, et Spiritui

---

<sup>1)</sup> Pius II. (Aeneas Sylvius Piccolomini) wurde den 19. Aug. 1458 zum Papste gewählt und am 3. Sept. des nämlichen Jahres gekrönt. Er starb den 16. Aug. 1464.

sancto in illis holocaustum nostrae devotionis offerimus et de honorum plenitudine data Nobis incensum debitae recognitionis in victimam adolemus.

Cupientes igitur, ut cappella sanctae Trinitatis opidi in Landshut, Frisingensis diocesis, quae, ut accepimus, ante paucos annos sinagoga Judeorum<sup>2)</sup> fuit, et postea per dilectum filium nobilem virum Ludovicum, Comitem Palatinum Reni et Bavariae Ducem, in domum Dei erecta extitit, congruis honoribus frequentetur, et ut Christi fideles eo libentius causa devotionis confluant ad eandem, quo ex hoc ibidem dono coelestis gratiae uberius conspexerint se refectos, de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus vere poenitentibus et confessis, qui in singulis festis seu diebus dictae sanctae Trinitatis praefatam cappellam devote visitaverint annuatim, et ad illius reparationem et conservationem manus porrexerint adjutrices, septem annos et totidem quadragenas, octavarum vero festorum sive dierum hujusmodi singulis diebus centum dies de injunctis eis poenitentiis misericorditer relaxamus, praesentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. Volumus autem, quod si alias visitantibus dictam cappellam, aut ad ejus reparationem seu conservationem manus porrigentibus adjutrices, vel alias inibi pias eleemosinas erogantibus, aut alias aliqua

---

<sup>2)</sup> „Der immer höher steigende Wucher der (in Landshut) zahlreich sich mehrenden Juden, welche in den ansehnlichsten Gebäuden eine ganze Straße bewohnten, bestimmte den Herzog (Ludwig den Reichen), dem Unwesen ein Ende zu machen. Den 5. Oct. 1450 wurden alle gefangen genommen, die Männer in die Schergenstube, die Weiber und Kinder aber in die Synagoge gesperrt. Nach Verlauf von vier Wochen entließ man sie wieder, jedoch mit dem Auftrage, binnen drey Tagen das Land zu räumen. Und als man am bestimmten Tage Morgens 4 Uhr mit einer Glocke auf der Trausniß das Zeichen gab, mußten alle Hebräer die Stadt verlassen. Ihre Synagoge wurde zwey Jahre später in eine Kirche verwandelt und zur Ehre der heiligen Dreifaltigkeit eingeweiht.“ S. Geschichte der Stadt Landshut. (Landsh. 1835. 8.) S. 93 u. 94. — Vgl. M. Staudenraus Chronik der Stadt Landshut (Landshut 1832) I. Thl. S. 150 u. 151.

alia indulgentia in perpetuum vel ad certum tempus nondum elapsum duratura per Nos concessa fuerit, praesentes litterae nullius existant roboris vel momenti.

Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicae millesimo quadringentesimo quinquagesimo octavo, Nono Kalendas Decembris, Pontificatus nostri anno primo.

## 51.

Papst Pius II. bestätigt die Incorporirung der Pfarreyen Ellbach und Au bey Nibling mit dem Kloster Scheyern gegen die Abtretung der Pfarrey Ehing am Ammersee an den Bischof von Freysing und überträgt dem Abt von Weihenstephan den Vollzug\*).

9. Jan. 1459.

(Ex Regesto litterarum Pii PP. II. Anni I. Tom. 32. p. 141.)

Pius <sup>1)</sup> Episcopus servus servorum Dei.

Dilecto filio Abbati monasterii Weyhensteuen. extra muros Frisingenses, ordinis sancti Benedicti, salutem et apostolicam benedictionem.

Ea, quae per locorum Ordinarios super quibusvis Beneficiis ecclesiasticis, praesertim curam animarum habentibus, provide facta fuere, cum a Nobis petitur, libenter apostolico munimine roborari et illa concedi mandamus, per quae Beneficia ipsa et cura animarum eorundem per personas idoneas eo laudabilius regi et exerceri possit.

\*) Diese Bulle ist nebst den übrigen auf die Incorporation der Pfarrey Ellbach sich beziehenden Urkunden bereits abgedruckt in Conradi Philosophi Chronicon Schirense, ab Abbate Stephano auctum (Argentorati 1716, 4<sup>o</sup>) pag. 145 — 174. Namentlich findet sich dort auch eine Bulle des Papstes Sixtus V. vom 11. Juny 1483, welche den gänzlichen Vollzug der hier vom Papste Pius II. gemachten Zugeständnisse anerkennt (l. c. pag. 159 — 174).

<sup>1)</sup> Papst Pius II. fing das Jahr bald von Weihnachten, bald vom 25. März an. In gegenwärtiger Urkunde gehört der 5. Idus Jan. bereits zum Kalenderjahre 1459. Vgl. Jos. Helwigs Zeitrechnung zur Erörterung der Daten in Urkunden. (Wien 1787.), S. 138.

Exhibita siquidem Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Abbatis et conventus monasterii in Scheyrn, ordinis sancti Benedicti, Frisingensis dioecesis, petitio continebat, quod dudum bonae memoriae Bertoldus Episcopus Frisingensis ex certis ipsum ad id moventibus rationabilibus causis de consilio, consensu et voluntate dilectorum filiorum tunc Praepositi, Decani et capituli Ecclesiae Frisingensis parrochiam in Ellembach <sup>2)</sup> cum ejus filiali Ecclesia in Avo (*Aw*), dictae dioecesis, tunc ad collationem, provisionem et omnimodam dispositionem Episcopi Frisingensis pro tempore existentis pertinentem, pro jurepatronatus parrochialis ecclesiae in Ehingen <sup>3)</sup>, Augustensis dioecesis, tunc ad Abbatem et conventum dicti monasterii pertinente, cum quodam Ulrico Mynumpek tunc Abbate et conventu dicti monasterii permutavit, ita quod de consensu et voluntate dicti Episcopi Augustensis ac dilectorum filiorum Praepositi, Decani et capituli Ecclesiae Augustensis cedente tunc Rectore dictae ecclesiae in Ehingen, et quotiens illam deinceps vacare contingeret, idem Episcopus Frisingensis et sui successores Episcopi Frisingenses pro tempore existentes personam ydoneam ad ipsam ecclesiam in Ehingen praesentare possent, quodque etiam cedente tunc Rectore dictae ecclesiae in Ellempach <sup>4)</sup> liceret Abbati et conventui dicti monasterii in Scheyrn et ejus filialis ec-

<sup>2)</sup> Ueber die Pfarreyen Ellbach und Au bey Nibling sehe man die älteren Matrifeln des Bisthums Freysing (II. Bd. S. 44 — 46 u. 36 — 39), Placid. Drauns Beschreibung des Bisthums Augsburg (I. B. S. 362), die Mon. Boic. (X. 522 u. 539) und Meichelbeck hist. fris. (Tom. II. Vol. I. p. 175, 180. Vol. II. Nro. 293, 300, 301 p. 202, 208, 209). — In der Nähe von Ellbach liegen Fischbachau und Zell (Margarethenzell oder Bayerischzell), wo das Kloster Scheyern seinen Anfang genommen und seine ersten Besitzungen erworben hatte. Vgl. die älteren Matrifeln (II. S. 94 — 97). — In Fischbachau unterhielt das Kloster Scheyern eine Propstei, Ellbach und Au aber blieben Weltpriesterpfarreyen, bey welchen das Kloster nur das Präsentationsrecht ausübte.

<sup>3)</sup> Ehing am Ammersee. Vgl. die älteren Matrifeln des Bisthums Freysing, Bd. III. S. 233.

<sup>4)</sup> Der damalige Pfarrer in Ellbach hieß Salomon.

v. Deutingers Beyträge zc. II.

clesiae in Avo habendi<sup>5)</sup> corporalem, realem et actualem possessionem cum omnibus juribus et pertinentiis supradictis propria auctoritate apprehendere ac eisdem ecclesiis in Ellpach et in Avo per aliquos monachos praefati monasterii in Scheyrn pro tempore deserviri facere, qui etiam horas canonicas in certo tunc expresso loco singulis diebus dicere tenerentur, aliaque tunc expressa fieri voluit et ordinavit, prout haec omnia in litteris authenticis ipsius Bertoldi Episcopi, ejus sigillo munitis, dicuntur<sup>6)</sup> plenius contineri. Et deinde, postquam permutatio hujusmodi cum inde

---

<sup>5)</sup> Das Chronicon Schirense liest huiusmodi.

<sup>6)</sup> Die näheren Bestimmungen der Urkunde des Bischofs Berthold vom 11. April 1390 sind: Quod (Abbas et conventus Schyrenses) in Vispachaw prope ecclesiam in Ellpach sito, ubi primario ipsum monasterium in Scheyrn fundatum erat et erectum, quatuor ex fratribus suis inibi continue residentes ibidem ponere debent et deputare, qui singulas horas canonicas, videlicet Matutinum, Primam, Tertiam, Sextam, Nonam, Vesperas et Completorium atque publicam missam singulis ibidem diebus dominicis et festivis permissis tamen a jure cantare debent alta et intelligibili voce juxta sui ordinis modum et institutionem regularem, ita, quod etiam tempore interdicti in eo clausis januis, interdictis et excommunicatis exclusis, sine sonitu campanarum submissa voce hujusmodi horas et missas peragere possent, prout et in quantum hoc a jure permittitur et fieri poterit tempore interdicti. Verum si in hujusmodi horis canonicis et missa publica in praefato monasterio in Vispachaw habendis, ut praemittitur, negligentes fuerint et remissi, et hoc post trinam monitionem nostram vel successorum nostrorum non emandaverint et cas non ordinaverint exequendas, ut est praescriptum, tunc in poenam hujusmodi transgressionis debet collatio ipsius ecclesiae in Ellpach atque ecclesiae in Aw ejus filiae, et omnium jurium ac pertinentiarum suarum ipso facto ad Nos et nostros successores libere reverti, ita quod neque Abbas neque conventus monasterii praedicti in Scheyrn, qui pro tempore fuerint, neque eorum successores ad et in praefatis ecclesiis Ellpach et Aw et suis juribus et pertinentiis deinceps universis aliquod jus habeant nec habere possint quovis modo, in judicio vel extra, de jure vel de facto, praefata ecclesia in Ehingen apud nostram et successorum nostrorum praesentationem, ut praedicitur, nihilominus remanente.



secutis suum effectum sortita et per Bonifacium nonum, sic in sua obedientia nuncupatum, et Alexandrum Papam quintum praedecessorem nostrum confirmata extiterant, tandem Abbas et conventus monasterii in Scheyrn praefati propter longam distantiam ecclesiae in Avo ab ipsa matre ecclesia in Ellempach ordinarunt, quod eidem ecclesiae in Avo deinceps per unum Vicarium presbyterum saecularem deserviretur, qui eidem Abbati et conventui certum tunc expressum censum solvere teneretur annuatim, prout postea recta et gubernata ac census ipse solutus fuit, et successive etiam, postquam dicta ecclesia Ellempach per monachos praedictos, horas canonicas in loco eis assignato hujusmodi juxta ordinationem dicti Bertoldi Episcopi dicentes, aliquamdiu recta et gubernata extiterat, bonae memoriae Johannes Episcopus Frisingensis, qui eidem Bertoldo Episcopo successit, provide attendens, quod dicti monachi in dicto monasterio sub obedientia Praelati sui stando commodius et devotius poterant Altissimo famulari, voluit, quod dicti monachi ad dictum monasterium suum redirent, et quod similiter eidem ecclesiae in Ellempach deinceps per Vicarium presbyterum saecularem, qui etiam certum annuum censum similiter tunc expressum praefatis Abbati et conventui solvere deberet, deinceps deserviretur, ac ipsa ecclesia in Ellempach per hujusmodi Vicarium, prout tunc actum fuit, regeretur et gubernaretur. Et, sicut eadem petitio subjungebat, Abbas et conventus praefati monasterii in Scheyrn, voluntati dicti Johannis Episcopi acquiescentes, censum praedictum de dictis matrice et filiali ecclesiis nulla apostolica vel ordinaria auctoritatibus suffulti receperint, et censum hujusmodi imposuerint, nec ipse census postea fuerit eisdem auctoritatibus seu aliqua ipsarum assignatus aut moderatus, et propterea ipsi Abbas et conventus in Scheyrn formident, se et dictum eorum monasterium super censibus hujusmodi ab aliquibus molestari seu inquietari posse tempore procedente, nisi super hiis eis per Nos et Sedem apostolicam oportune provideretur. Quare pro parte Abbatis et conventus praedictorum Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus permutationi dictarum ecclesiarum ac census hujusmodi impositioni, omnibusque aliis et singulis praedictis ac inde secu-

tis pro illorum subsistentia firmiori robur apostolicae confirmationis adiacere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur de praemissis certam notitiam non habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, discretioni tuae per apostolica scripta mandamus, quatenus vocatis, qui fuerint evocandi, de permutatione, census impositione et aliis praemissis omnibus et singulis auctoritate nostra te diligenter informes, et si per informationem hujusmodi ita esse repereris, permutationem et census impositionem, dummodo excessivus non sit, nec non omnia alia et singula praemissa et quaecumque inde secuta, ea concernentia, pro illorum subsistentia firmiori eadem auctoritate nostra approbes et confirmes, supplicasque omnes et singulos defectus, siqui intervenerint in eisdem, et nihilominus, si confirmationem et approbationem hujusmodi per te vigore praesentium fieri contigerit, Abbati dicti monasterii in Scheyrn, nunc et pro tempore existenti, ac illius conventui, quod ipsi, quotiens ipsis expediens videbitur, eisdem matri in Ellempach et filiali in Abb (*Au*) ecclesiis per monachos dicti monasterii in Scheyrn ad nutum amovibiles juxta ordines et statuta priora hujusmodi, ut praefertur, deserviri facere libere et licite valeant, dicta auctoritate concedas, praemissis ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis, nec non monasterii et ordinis praedictorum, juramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis, statutis et consuetudinibus ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque.

Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicae millesimo quadringentesimo quinquagesimo octavo, quinto Idus Januarii, Pontificatus nostri anno primo.

## 52.

Papst Pius II. überträgt dem bischöflichen Official in Augsburg den Vollzug der völligen Vereinigung der Pfarrey Waal mit dem Kloster Ebersberg.

17. März 1463.

(Ex Regesto litterarum Pii PP. II. Anni V. Tom. 23. pag. 65.)

Pius Episcopus servus servorum Dei.

Dilecto filio Officiali Augustensi salutem et apostolicam benedictionem.

Digna exauditione vota personarum humilium, et praesertim divinis laudibus sacraeque religionis observantiae dedicatarum apostolico Nos convenit favore prosequi, et ipsarum commoditatibus occurrere provisionis gratia congruentis.

Dudum siquidem, cum ex certis rationabilibus tunc expressis causis parrochiam ecclesiam beatae Mariae in Wald<sup>1)</sup> Augustensis diocesis cum omnibus juribus et pertinentiis suis de consensu tamen interesse habentium monasterio sancti Sebastiani in Ebersberg, ordinis sancti Benedicti, Frisingensis diocesis, sub certis modo et forma per alias nostras litteras perpetuo uniri, annecti et incorporari mandassemus, te litterarum praedictarum executore deputato, prout in illis plenius continetur, sicut exhibita Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Abbatis et conventus praedicti monasterii petitio continebat, tu ad litterarum earundem executionem procedens, illarum vigore earumque forma servata dictam ecclesiam cum omnibus juribus et pertinentiis supradictis eidem monasterio perpetuo univisti, annexuisti et incorporasti, prout in processibus per te super hiis habitis dicitur plenius contineri. Cum itaque, sicut accepimus, dilectus filius Andreas Fabri, Rector seu perpetuus Vicarius dictae ecclesiae, ad hoc, ut unio, annexio et incorporatio hujusmodi suum plenum sorciantur effectum, et ipsa ecclesia, quam obtinet, per monachum ejusdem monasterii, seu presbyterum saecularem ad nutum Abbatis dicti monasterii pro tempore existens amovibilem perpetuo regatur et gubernetur, sponte et libere resignare proponet, pro parte Abbatis et conventus praedictorum Nobis fuit humiliter supplicatum, ut eis super hiis oportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos itaque, votis ipsius Andreae in hac parte favorabiliter annuentes, nec non monasterii et ecclesiae fructus, redditus et proventus praesentibus pro expressis habentes, et tam dicti monasterii commoditatibus, quam etiam praefato Andreae, ne propter resignationem hujusmodi nimium dispendium patiat, de ali-

---

<sup>1)</sup> Die Pfarrey Waal im Decanate Hohenwart. Vgl. Placid. Brauns Beschreibung des Bisthums Augsburg, 1. Bd. S. 454 u. 455.

cujus subventionis auxilio providere volentes, hujusmodi supplicationibus inclinati discretioni tuae per apostolica scripta mandamus, quatenus, si est ita, ab eodem Andrea vel procuratore suo, ad hoc ab eo specialiter constituto, resignationem dictae ecclesiae, si illam in tuis manibus sponte et libere facere voluerit, auctoritate nostra hac vice dumtaxat recipias et admittas, illaque per te recepta et admissa unionem, annexionem et incorporationem praedictas suum fuisse et esse sortitas effectum decernere, nec non Abbati et conventui praefatis, quod ipsa ecclesia ex tunc per monachum seu presbyterum hujusmodi, ut praemittitur, amovibilem perpetuo regi et gubernari possit concedere, et nihilominus ipsi Andreae super fructibus, redditibus et proventibus monasterii seu ecclesiae hujusmodi pensionem annuam viginti duorum florenorum Renensium ei quoad vixerit vel procuratori suo, ad hoc ab eo specialiter mandatum habenti, annis singulis per Abbatem et conventum praedictos in terminis et locis ac sub censuris et poenis ecclesiasticis, ad id per te de ipsarum partium consensu statuendis, efficaciter persolvendam reservare, constituere et assignare eadem auctoritate procures, faciens ipsi Andreae de pensione hujusmodi juxta ipsarum reservationis, constitutionis et assignationis, si ipsas feceris, tenorem integre responderi. Contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Non obstantibus nostris et aliis constitutionibus et ordinationibus apostolicis, nec non monasterii et ordinis praedictorum, juramento, confirmatione apostolica vel quacunque firmitate alia roboratis, statutis et consuetudinibus ac omnibus, quae in dictis litteris volumus non obstare, caeterisque contrariis quibuscunque. Aut si Abbati et conventui praedictis vel quibusvis aliis communiter vel divisim a dicta sit Sede indultum, quod ad praestationem et solutionem alicujus pensionis minime teneantur, et ad id compelli aut quod interdicti, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem et qualibet alia dictae Sedis indulgentia generali vel speciali, cujuscunque tenoris existat, per quam praesentibus non expressam vel totaliter non in-

sertam effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, et de qua cujusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis.

Attente quoque provideas, ne in resignatione hujusmodi, si fiat, ex parte Abbatis et conventus et Andreae praedictorum aliqua pravitas interveniat seu etiam corruptela. Nos enim ex nunc irritum decernimus et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari.

Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicae millesimo quadringentesimo sexagesimo secundo, sexto decimo Kalendas Aprilis, Pontificatus nostri anno quinto <sup>2)</sup>.

---

<sup>2)</sup> Das fünfte Pontificatsjahr des Papstes Pius II. beginnt mit dem 3. Sept. 1462; der 17. März dieses Jahres fällt daher in das Kalenderjahr 1463. Vgl. oben S. 144.

## Appendix.

---

### *Argumenta litterarum apostolicarum pro Ducibus Bavariae ex Regestis existentibus in Archivo secreto Vaticano \*)*

- 1) Ludovicus Dux Bavariae et Comes Palatinus Rheni adfuit testis in duobus diplomatibus Friderici Imperatoris pro Magistro et Fratribus Hospit. s. M. Teutonicorum anno 1218, 3. Non. Jan., confirmatis ab Honorio III, 11. et 12. Kal. April. anno II. *Epist.* 957 et 958.
- 2) Honorius III. 11. Kal. Jun. anno II. (*Epist.* 1103) committit Archiepiscopo Salisburgensi negotium absolutionis et (?) Plebani de Tusende, qui hortatus fuerat, ut succenderetur quaedam domus cuiusdam ex illis, qui plebem praedictam impugnabant. Dicitur, quod L . . . Dux Bavariae Dominus regionis illius et eos proscripserat et bona patria ipsorum publicavit, quia excommunicati a d. Plebano non poterant a sua contumacia revocari.
- 3) Honorius III. 3. Non. Julii anno II. committit . . . controversiam vertentem inter Agnetem monialem inferioris Monasterii Ratisbonensis et Sophiam monialem Agmontensis coenobii Salisburgensis dioecesis, neptem nobilis viri Ducis Bavariae, quarum quaelibet a diversis partibus electa fuerat in Abbatissam Monasterii in Gisenvelt Ratisbonensis dioecesis. *Epist.* 1236.
- 4) Honorius III. 2. Kal. Dec. anno V. concedit nobili viro Duci Bavariae dilationem transfedandi in terram sanctam usque ad

---

\*) Diese Regesten hat Graf Garampi unjerem berühmten Historiker Defele mitgetheilt. Communicavit mecum amice, sagt Defele, ipsaque si usu venerit apographa promisit Illustrissimus Comes Josephus Garampus Ariminensis, Canonicus Basilicae s. Petri et sacrorum scriniorum Praefectus, hac XII. Martii anno MDCCCLXIII., hic Monachii in musaeolo meo me invisens.

- proximum Augustum, si Imperator Fredericus adhuc ei non solverit quinque millia marcharum, quas ipsi promiserat. *Epist.* 182.
- 5) Gregorius IX. 15. Kal. Aug. anno III. nunciat Duci Bavariae aliisque flagitia commissa in terra sancta a Friderico Imperatore. *Epist.* 38.
- 6) Gregorius IX. 17. Kal. Febr. anno IV. committit Salisburgensi Archiepiscopo et Ratisbonensi Episcopo, Imperialis aulae Cancellario, ut a Duce Bavariae aliisque recipiant cautionem pro observanda pace inita inter Ecclesiam et Imperatorem. *Epist.* 96.
- 7) Gregorius IX. 16. Kal. Novemb. anno VIII. committit Episcopo Nuemburgensi, Praeposito Cicensi aliisque differentiam vertentem inter Ducem Bavariae et Moguntinum Archiepiscopum, qui dictum Ducem excommunicaverat, quia se opposuerat reformationi Monasterii Laurisensis Moguntinae dioecesis, in quo dictus Dux jus patronatus et advocacionis habebat, appellans ad Sedem apostolicam. *Epist.* 248.
- 8) Gregorius IX. 5. Kal. Dec. anno VIII. petit subsidium a Duce Bavariae per tucnda Ecclesiae libertate. *Epist.* 333.
- 9) Gregorius IX. 5. Kal. Dec. anno IX. concedit Ottoni Duci Bavariae, quod nemo in eum sine manifesta et rationabili causa audeat sententiam excommunicationis vel interdicti promulgare. *Epist.* 249.
- 10) Gregorius IX. 17. Kal. Maji anno XIII. committit Episcopo Secowensi aliisque causam vertentem inter Frisingensem Episcopum et Ducem Bavariae super excommunicatione lata a dicto Episcopo contra dictum Ducem et interdicto in terram ipsius. *Epist.* 17\*).
- 11) Innocentius IV. 2. Non. Maji anno I. concedit Duci Austriae, quod matrimonium contrahere possit cum filia Ducis Bavariae, quae erat ipsi conjuncta in quarto consanguinitatis et affinitatis gradu ex una parte, et ex alia in quinto. *Epist.* 662.
- 12) Innocentius IV. 11. Kal. Maji anno III. hortatur Bavariae Ducem aliosque Principes Allemanniae, ut eligant novum Regem Romanorum. *Epist.* 32.
- 13) Innocentius IV. 12. Kal. Oct. anno III. praecipit electo Ferrariensi, ut per se et Bavariae Ducem aliosque Principes amicos Regis Bohemiae eum moneant, ut recipiat Brunonem, quem (!) Praepositum Lubicensem, Capellanum ipsius Pontifi-

---

\*) Sft oben Nr. 4, S. 12—14 abgedruckt.

cis, de Ecclesia Olomucensi et (a?) Sede apostolica provisum. *Epist.* 167.

- 14) Innocentius IV. 3. Non. Julii anno IV. praecipit Archiepiscopo Moguntino, ut supersedeat in causa electionis Ratisbonensis Episcopi, quia Dux Bavariae erat propter commissionem dictae causae praefato Archiepiscopo injunctam non modicum conturbatus, quique Dux valde utilis esse poterat Ecclesiae et Imperio. *Epist.* 939.
- 15) Innocentius IV. 7. Kal. Nov. anno V. committit Petro sancti Gregorii Cardinali Legato, ut citet Magdeburgensem Archiepiscopum et Pataviensem ac Frisingensem Episcopos, qui auxilium praestabant Friderico Imperatori. Dicitur, quod Bavariae ac Saxoniae Duces et Nobiles de Austria et Stiria dicto Friderico favebant. *Epist.* 337\*).
- 16) Innocentius IV. 3. Nonas Maji anno V. praecipit Frisingensi, Pataviensi aliisque Episcopis, ut faveant Conrado Comiti de Vazebuit (*Wasserburg*), cruce signato et sacrae Romanae Ecclesiae devoto, contra sequaces Friderici Imperatoris, et faciant ipsi restitui castra a praedictis occupata. Inter praedictos sequaces Imperatoris connumerantur Dux Bavariae et ejus uxor et filii ejus, Rapoto Palatinus Bavariae, Bertoldus Marchio de Hoenburch, Gebehardus de Hisperch, Otto de Blejen et Albertus de Mersburch Comites. *Epist.* 809. 810. 811\*\*).
- 17) Innocentius IV. Idib. Febr. anno VIII. rogat nobilem virum Dapiferum seniore de Alzeia, ut deducat Ducem Bavariae ad devotionem sacrae Romanae Ecclesiae. *Epist.* 558.
- 18) Innocentius IV. Idib. Febr. anno VIII. monet Ludovicum filium Ducis Bavariae, ut, si felices cupit habere progressus, discat colere Deum in sinceritate fidei, et ejus Ecclesiam sedulo devotionis obsequio venerari, ideoque audiat Fratrem Henricum Poenitentiarium ipsius Pontificis ejusque sanis consiliis adquiescat. *Epist.* 559.
- 19) Innocentius IV. Idib. Febr. anno VIII. petitioni Ducis Bavariae consentiens, ne saluti ejus desit opportuni consilii medicina, mittit ad eum F. Henricum Poenitentiarium, tractaturum de ejus animae remedio et devotionis obsequio, quod Deo debet et Ecclesiae. *Epist.* 560.
- 20) Innocentius IV. XI. Kal. Martii anno VIII. monet Ducem Bavariae, ut redeat ad devotionem Ecclesiae, et W. . . . . Re-

---

\*) Sñ oben (Nr. 5, S. 14—16) abgedruckt.

\*\*) Sñ oben (Nr. 6, S. 16—21) abgedruckt.



- gem Romanorum curet ad Imperiale fastigium promovendum. *Epist.* 568.
- 21) Innocentius IV. XI. Kal. Martii anno VIII. rogat Bavariae Ducissam, ut maritum suum inducat ad supradicta exequenda. *Epist.* 569.
- 22) Innocentius IV. X. Kal. Martii anno VIII. praecipit Magistro Jacobo Archidiacono Laudunensi, Cappellano PP., et Fratri Henrico ord. Praedic., Poenitentiario PP., missis ad Ducem Bavariae aliosque Principes Alemaniae pro electione W.... Regis Romanorum in Imperatorem, ut procedant contra opposcentes se praedictae electioni. *Epist.* 582.
- 23) Innocentius IV. Non. Junii anno X. concedit Episcopo Frisingensi, cujus ecclesiae bona Dux Bavariae rapinis et incendiis devastaverat, ut possit retinere ad manus suas quasdam ecclesias Frisingensis dioecesis spectantes ad ipsius Episcopi collationem. *Epist.* 742.
- 24) Innocentius IV. X. Kal. Julii anno X. concedit eidem, ut redditus Beneficiorum vacantium suae dioeceseos et civitatis ad triennium retinere possit. *Epist.* 785.
- 25) Innocentius IV. Kal. Julii anno XII. concedit dispensationem matrimonialem Gebehardo Comiti de Rothenech Ratisbonensis dioeceseos, Consiliario A.... Ducissae Bavariae senioris. *Epist.* 9.
- 26) Ludovicus Dux Bavariae adfuit testis anno 1219. mense Septembri cuidam diplomati Friderici Imperatoris pro hominibus castri Eboli Salernitanae Dioecesis, confirmato ab Alexandro quarto 2. Id. Martii anno I. *Epist.* 221.
- 27) Henricus Dux Bavariae fideiussor pacis initae inter Stephanum Regem Hungariae et Othocarum Bohemiae Regem anno 1271. Id. Julii, confirmato a Gregorio X. 3. Non. Maji anno I. *Epist.* 4.
- 28) Processus Gregorii X., publicatus in Coena Domini contra Veronenses et L.... Ducem Bavariae, anno I. *Epist.* 163.
- 29) Alius similis publicatus die ascensionis Domini. *Epist.* 132.
- 30) Alius similis publicatus in festo dedicationis Basilicae Vaticanae. *Epist.* 201.
- 31) Gregorius X. 6. Kalend. Nov. anno IV. *Epist.* 74. Ebredunensi Archiepiscopo committit, ut procuret pacem inter L..... et H.... Bavariae Duces.
- 32) Clemens IV. anno III. 6. Kal. Nov. scribit Albanensi Episcopo Legato, Regem adhuc esse in Juxia (!), Conradinum Tridenti, ubi crescit ejus societas, et timere, ne crescat amplius, quia ejus avunculi Duces Bavariae cum Rege Bohemiae

- pacem habent, sicut Rex ipsemet ipsi Papae scripsit. *Tom. 4. Epist. 390.*
- 33) Clemens IV. 9. Kal. Dec. anno III. scribit C. . . . . sancti Adriani Cardinali Legato in Hispania, Conradinum esse Veronae cum Ludovico Bavariae Duce et Comite Tirolensi et modica militum comitiva, sed habere totam Lombardiam praeter Papiam et Marchiam Tarvisinam contrarias et credere, quod cum confusione recedent, si Lombardi stabiles perseverant. *Tom. IV. Epist. 401. et 410.*
- 34) Clemens IV. 12. Kal. Jan. anno III. scribit C. . . . . Regi Siciliae, quod ipse contra Duces Bavariae suo libenter tempore, non sicut petit, sed sicut expedit et mos est Romanae ecclesiae, procedet. *Tom. 4. Epist. 440.*
- 35) Clemens IV. 3. Kal. Martii anno III. nunciat Bohemiae Regi conatus fatuos adolescentis stolidi Conradini, ut et ejus sciat stultitiam et insaniam Ducum Bavariae, qui puero puerilius sentientes ductum eum ad Ligures, potiusve reductum in hoc periculo dimiserunt, quodam ibi custode dimisso, qui Ducem Austriae se appellat. *Tom. 4. Epist. 148.*
- 36) Clementis IV. processus publicatus in cathedrali Viterbiensi in die dedicationis ejusdem Ecclesiae Anno III. contra Conradinum ejusque fautores, Ducem Bavariae etc. *Tom. 3. Epist. 171.*
- 37) Alius consimilis publicatus in palatio Viterbiensi in die Coenae Domini anno IV. *Tom. 3. Epist. 87.*
- 38) Item consimilis publicatus in ecclesia Viterbiensi in die Ascensionis Domini anno IV. *Tom. 3. Epist. 96.*
- 39) Nicolaus III. 7. Id. Jan. anno II. rogat Henricum et Ludovicum Comites Palatinos Rheni et Duces Bavariae, ut faveant R. . . . . Romanorum Regi. *Tom. 2. Epist. 38.*
- 40) Martinus IV. 10. Kal. Jan. anno IV. concedit dispensationem matrimonialem in quarto consanguinitatis gradu pro Friderico filio Meoderici Marchionis de Landesberch, et Catharina filia Henrici Bavariae Ducis pro conservanda pace inter praefatos Ducem et Marchionem. *Epist. 47.*
- 41) Honorius IV. 2. Kal. Jun. anno II. hortatur Ludovicum et Henricum Comites Palatinos Rheni et Duces Bavariae, ut faveant Rudolpho Romanorum Regi. *Epist. 55.*
- 42) Nicolaus IV. Id. Febr. anno III. hortatur Ludovicum Comitem Palatinum Rheni et Ducem Bavariae, ut faveat Conrado, de Laventina ecclesia ad Salesburgensem translato. *Epist. 742.*
- 43) Nicolaus IV. 10. Kal. Octob. anno IV. monet Ottonem Bavariae Ducem, ut partem civitatis Salesburgensis et quaedam castra restituat Salesburgensi Archiepiscopo. *Epist. 532.*
- 44) Bonifacius VIII. 2. Kal. Maji anno IX. hortatur Comitem Pa-

- latinum Rheni Ducem Bavariae, ut honorifice pertractet Albertum Regem Romanorum eique obediat. *Epist.* 225.
- 45) Clemens V. mandat citari Ottonem Bavariae Ducem, qui in Regem Hungariae se eligi fecit, legitimis successoribus contemptis. Anno II. *Epist.* 302.
- 46) Procuratur concordia Bavariae Ducis in Romanorum Regem electi cum Duce Austriae. — Joh. XXII. *Secret. Tom. I.* anni I. *Epist.* 4.
- 47) Ludovicus Bavariae Dux in Imperatorem electus hospitium fundare intendens. — Joh. XXII. anno III. *Epist.* 1346.
- 48) Liupoldo Austriae Duci permittitur, ut pro libertate germani a Bavaro detenti possit bona eidem in pignus tradere. — Joh. XXII. *Secret. IX.* *Epist.* 327.
- 49) Juramenta praestita Bavaro nulla declarantur. — Joh. XXII. *Secr. IX.* *Epist.* 354. 355.
- 50) Liupoldo Duci Austriae dolet Pontifex de conditionibus a germano suo promissis Duci Bavariae pro sui libertate. — Joh. XXII. *Secret. IX.* *Epist.* 405.
- 51) Bavaro militanti occupationem March. Brandenburg. se opponant Duces Staviae etc. — Joh. XXII. *Secr. IX.* *Epist.* 414.
- 52) Ut Carolus Hungariae Rex Bavaro non adsistat. — Joh. XXII. *Secr. IX.* *Epist.* 446.
- 53) Nuncii Ducis Bavariae ad partes Pisan. missi et a civibus minus grati recepti. — Joh. XXII. *Secr. IX.* *Epist.* 723, 726.
- 54) Novae pedagiorum exactiones a Bavaro impositae in castro de Couvle Treviren. — Joh. XXII. *Secr.* 9. *Epist.* 965.
- 55) Irrita declarantur quaecunque a Bavaro tentata contra Archiepiscopum Salisburgensem occasione controversiae inter eum et Duces Bavariae. — Joh. XXII. *Secr. IX.* *Epist.* 966.
- 56) Progressus Ludovici de Bavaria memorantur. — Joh. XXII. *Secr. X.* *Epist.* 2019.
- 57) Parlamentum generale tenendum a Bavaro ab eodem dicitur suggestum. — Joh. XXII. *Secr. X.* *Epist.* 2118.
- 58) Adventus Bavari in Italia et convocatio ad parlamentum suorum fidelium. — Joh. XXII. *Secr. XI.* *Epist.* 382.
- 59) Laudatur Henricus Dux Bavariae, quod, cum sibi constitit de rebellione Bavari, ei minime adhaesit. — Joh. XXII. *Secr. XII.* *Epist.* 1673.
- 60) Pro Roberto Comite Palatino et Duce Bavariae dispensatio ad matrim. — Joh. XXII. *Secr.* 13. *part. 3.* *Epist.* 2437.
- 61) Publicatur processus contra Bavaram. — Clem. VI. Anno I. *Tom. VI.* *Epist.* 24. *pag.* 12.
- 62) Publicatio processus contra Bavaram. — Clem. VI. Anno II. *Tom. I.* *Epist.* 3 ad 18. *Tom. V.* *Epist.* 5.

- 63) Pro Roberto juniore Duce Bavariae dispensatio matrim. — Clemens VI. Anno III. *Tom. III. pag.* 289 retro.
- 64) Publicatio processus contra Bavarum. — Clem. VI. Anno IV. *Tom. II. pag.* 15 et 16. *Tom. III. pag.* 10 retro.
- 65) Ludovicus de Bavaria Marchionatum Brandenburgensem affectans. — Clem. VI. Anno V. *Tom. II. part. II. pag.* 86.
- 66) Absolutio pro Margarita Comitissa Hannoniae, uxore quondam Ludovici de Bavaria. — Clem. VI. Anno IX. *Tom. III. part. II. pag.* 138.

*Argumenta litterarum apostolicarum pro monasterio sancti Emerammi Ratisbonen. ex registis existentibus in Archivo secreto Vaticano.*

- 67) Innocentius III. 6. Idus Martii anno XIX. committit Ratisbonensi Episcopo et de S. Simeramo (*Emerammo*) Ratisbon. et de Bruuning, Ratisbonensis dioecesis Abbatibus, ut immittant in possessionem Monasterii s. Stephani Herbiopolens. Henricum electum. *Epist.* 14.
- 68) Honorius III. 15. Kal. Martii anno II. committit Episcopo et S. Emerammi Ratisbonen. et de Vallerbach Cisterciens. ord. Ratisbonens. dioecesis Abbatibus, ut faciant a Monasteriis ord., Cisterc. et Praemonstrat. aliorumque ordinum servari interdictum positum in Pragens. dioec. a Pragens. Episcopo. *Epist.* 919.
- 69) Honorius III. 14. Kal. Martii anno II. committit eisdem, ut procedant contra Decanum et quosdam Praelatos et Canonicos ecclesiae Pragensis, qui autoritate propria supradictum interdictum relaxarunt. *Epist.* 920.
- 70) Honorius III. 15. Kal. Martii anno II. committit eisdem, ut caute et diligenter explorent, qui percipiant fructus vel procuratores existant bonorum Episcopatus Pragensis, et utrum Bohemiae Rex absente praedicto Episcopo ordinaverit eosdem procuratores, et utrum etiam occasione morae, quam facit praedictus Episcopus apud Sedem apostolicam, ecclesiis suae dioecesis dispendium immineat et gravamen etc. *Epist.* 921.
- 71) Honorius III. 3. Non. Aprilis anno V. committit de s. Emeranno Ratisbon. et de inferiori Alta Abbatibus et Praeposito de Bergersgaden, Pataviens. et Salesburgens. dioecesis, causam vertentem inter Gebhardum Canonic. Pataviens. et Ottonem procuratorem Hospit. Tentonicor. super quibusdam vineis et super eo, quod idem procurator ipsum Gebhardum fratrem eiusdem Hospitalis esse asserebat. *Epist.* 627.
- 72) Honorius III. Id. Martii anno VIII. committit Episcopo, Abbati

- s. Emerammi et Thesaurario Ratisbonensi causam vertentem inter quosdam Canonicos Salesburgenses et Archiepiscopum, qui illos excommunicaverat, quia appellaverant ad Sedem apostolicam ab iniusta confirmatione Praepositi Salesburgensis ab ipso Archiepiscopo facta. *Epist.* 459.
- 73) Innocentius IV. 2. Kal. Sept. anno III. concedit Abbati s. Emerammi Ratisbon. ord. s. Benedicti quoad vixerit usum mitrae et annuli. *Epist.* 78.
- 74) Innocentius IV. 10. Kal. Jun. anno V. committit Abbati s. Emerammi ord. s. Benedicti Ratisbon., ut dispenset et absolvat Vicedominum Ratisbon. ab irregularitate etc., si quam ipse incurrerit prosequendo Ecclesiae Romanae negotia contra persecutores ipsius, fautores Friderici Imperatoris. *Epist.* 857.
- 75) Innocentius IV. Kal. Octob. anno VIII. eligit Iudices conservatores Episcopum Eistetensem et Abbatem s. Emerammi Ratisbonens. pro confirmatione B . . . Electi Pataviensis exequenda. *Epist.* 101.
- 76) Sub Joh. XXII. Bonae memoriae Balduino Abbati s. Emerammi Ratisbonen. succedit Albertus. Anno 8. *part.* II. *Epist.* 1772.
- 77) Sub Joh. XXII. Albertus Abbas s. Emerammi Ratisbon. mittitur ad summi monasterium. Anno 9. *part.* I. *Epist.* 232.
- 78) Sub Joh. XXII. Monasterium s. Emerammi Ratisbon. declaratur exemptum ab omni jurisdictione episcopali. Anno 10. *part.* 2. *Epist.* 2736.
- 79) Sub Clemente VI. Unio pro monasterio s. Emerammi Ratisbon. Anno IV. *Tom.* IV. *part.* II. *pag.* 136.

*F. Oefelius contulit cum apogr. Garampiano, hac XVI. Martii MDCCLXIII.*

---

## Beilagen zur Urkunde Nr. 47.

Die Pfarrey Königsdorf (Kümbsdorf, Tölz) betreffend.

---

Die Pfarrey Königsdorf war ehemals von einem sehr bedeutenden Umfange; die jetzigen Pfarreyen Tölz, Ascholding, Hechenberg, Gaisach und Lenggries gehörten derselben als Filialen an (S. die älteren Matriforn Bd. III. S. 211.)

Nachdem sich der Markt Tölz an Volkszahl und Wohlstand gehoben hatte, wurde der Sitz des Pfarrers von Königsdorf nach Tölz verlegt, in Königsdorf aber ein Vicar des in Tölz residirenden Kirchherrn aufgestellt. Auch Lenggries, Gaisach, Hechenberg und Ascholding erhielten (anfänglich amovible, später ständige) Vicare mit pfarrlicher Jurisdiction, welche der Pfarrer von Tölz, als Kirchherr von Königsdorf, Behufs der Erlangung der Perpetuation dem bischöflichen Ordinariate in Freysing zu präsentiren hatte. Diese Präsentationsrechte bestehen noch (S. die älteren Matriforn 1c. Bd. II. S. 537. 543. 557. 580. 581).

Das Domcapitel in Freysing hatte (laut Beilage A.) schon i. J. 1312 von dem Bischof Gottfried die urkundlich ausgefertigte, von seinem Nachfolger Conrad (III.?) wiederholt gegebene Zusicherung erwirkt, daß die zur freyen bischöflichen Collation gehörige Pfarrey Königsdorf in Zukunft immer nur einem freysingischen Domherrn verliehen werden solle, und man findet auch Domherren als Okerpfarrer von Königsdorf vom Anfange des vierzehnten bis zum Ende des fünfzehnten Jahrhunderts. Namentlich sind als solche bekannt: Wolshard (1326), Ulrich der Elehar (1363), Rudolph von Haslang († 1398), Pet. Ludwini oder Lentwini (1399), Pet. Walch (1421), Joh. Tagmersheim (1429), Georg Eglinger († 1450), Joh. Greiff (1453), Johann Heller († 1474), Kaspar Schmidhauser, der Stifter des Beneficiums in Königsdorf († 1485), endlich Joh. Neuhäuser († 1516), welchem der Dompropst und nachmalige Bischof von Brixen, Sebastian Sprenger oder Sperantius, und im Jahre 1518 der salzburgische Domherr Sigm. Graf von Ortenburg († 1547) folgten.

Ungeachtet dieser Connerion der Pfarrey Königsdorf mit dem Domcapitel in Freyßing machte das nahe gelegene, in und um Königsdorf stark begüterte, Kloster Benedictuern wiederholte Versuche, sich den Besitz besagter Pfarrey zu verschaffen, um einige seiner Conventualen dahin exponten zu können, welche neben der Pastorirung der Pfarrgemeinde die Verwaltung der Klostergüter zu besorgen gehabt haben würden (S. oben S. 124). Im Jahre 1395 war diese von dem Kloster gewünschte Incorporation von dem freyhingischen Bischofe Berthold (laut Beylage B) bereits zugestanden und dieses Zugeständniß i. J. 1399 selbst von dem Papst Benificius IX. (laut der Beylagen C und D) bestätigt worden, so daß nach dem Tode oder sonstigen Abgange des damaligen Pfarrers und freyhingischen Domherrn, Pet. Lentwini, das Kloster von der Pfarrey Besitz zu ergreifen und dieselbe, mit Umgehung der Ansprüche des Domcapitels, durch Vicare versehen zu lassen befugt seyn sollte. Allein das Domcapitel behauptete sich in dem Besitze seines Rechtes; ja Bischof Hermann von Freyßing, welcher dem Biethum von 1412—1421 vorstand, übernahm für sich und seine Nachfolger sogar neuerdings die förmliche Verpflichtung, den Genuß der erwähnten Pfarrey stets einem Mitgliede des Domcapitels einzuräumen, wozu auch Papst Johann XXIII. am 7. Jan. 1415 (laut Beylage E) seine Zustimmung erteilte. Das Kloster ließ es hierbey bis zum Jahre 1453 bewenden. Da gelang es ihm, nach dem Tode des Domherrn Joh. Greiß († 1453) durch Vermittlung des Kaisers Friedrich (laut Beylage F) von dem Papste Nicolaus V. die oben S. 124 bis 131 abgedruckte neue Incorporationsbulle (Nr. 47.) zu erhalten. Zum Vollzuge derselben konnte aber Benedictuern es auch dieses Mal nicht bringen. Das Domcapitel, vereint mit dem Bischofe, und der damalige Oberpfarrer von Königsdorf, Domherr Kaspar Schmidhauser, ein Nachfolger des Joh. Greiß, setzten sich kräftig entgegen und errangen i. J. 1473 (laut der Beylagen G—N) bey der Rota Romana zwey obfiegliche Urtheile für sich und gegen das Kloster sowohl, als gegen den damals eingedrungenen Pfarrer Mathias Greshff und dessen Nachfolger Stephan Markfort. Dem Pfarrer Schmidhauser folgte daher i. J. 1485 wieder ein freyhingischer Domherr, Joh. Neuhäuser, welcher aber auch, so viel bekannt, der letzte vom Capitel war, dem die Pfarrey Königsdorf zugetheilt wurde. Denn der 45ste Bischof von Freyßing, Sixtus von Lannberg (vgl. diese Beyträge, Bd. I. S. 90), belegte die Pfarrey Königsdorf im nämlichen Jahre 1485 (laut Beylage O) mit einem jährlichen Reichnisse von 36 Goldgulden zu der einige Jahre vorher von ihm gemachten Stiftung für einen eigenen ständigen Prediger und für die Choralisten im Dom zu Freyßing, und bestimmte den ganzen übrigen Theil der Pfarr-Renten zum Lebensunterhalte des dort ständig aufzustellenden Pfarrvicars. Die Folge davon war, daß die freyhingischen Domherrn die Pfarrey Königsdorf nicht mehr in Anspruch nahmen, sondern daß dieselbe, mit der Verbindlichkeit zur Verabreichung des erwähnten Abfentes, an andere Weltpriester übergieng, welche zwar immer noch auf Königsdorf investirt wurden, jedoch in Tölg ihren ständigen Wohnsitz hatten.

Von diesen Pfarrern sind ausser dem schon genannten Seb. Sperantius und dem Grafen Sigmund von Ortenburg aus dem sechszehnten, siebenzehnten und der ersten Hälfte des achtzehnten Jahrhunderts nachstehende bekannt:

- 1) Demel, Pet., welcher die Pfarrey um d. Jahr 1556 antrat u. i. J. 1570 resignirte. Sein Nachfolger war
- 2) Adler, Joh., welcher i. J. 1609 mit Tod abgieng.
- 3) Pistor, Joh., investirt den 7. May 1609, † . . . 1630.
- 4) Aigenmann, Wolfg., inv. . . . 1630, † 5. May 1640.
- 5) Frisch, Mart., vorher Dec. u. Pf. in Zorneting, inv. 18. Juny 1640 † . . . Sept. 1668.
- 6) Gienger v. Linda, Alb., vorher Kanonicus und Stadtpf. in Straubing, inv. 30. Jan. 1669, resign. im Jan. 1696.
- 7) Acker mann, Ant., beyder Rechte Lic., inv. 12. May 1696, wurde i. J. 1700 durch Tausch mit seinem Nachfolger Pf. in Lengdorf.
- 8) Lindtmayr, Frz. Phil., vorher bishöfl. freyhing. Hofcaplan u. Pf. in Lengdorf, inv. 29. Jan. 1700. Er wurde i. J. 1702 Pfarrer in Günzelhofen, dann i. J. 1716 Kanonicus bey St. Andr. in Freyhing, wo er, nachdem er sich als Ordinariatsrath, Diöcesan-Bisitator und Begründer der Priesterhäuser in Dorfen und bey St. Joh. v. Nepomuck in München grosse Verdienste erworben hatte, den 29. Jan. 1750, 80 Jahre alt, mit Tod abgieng.
- 9) Samweber, Mikodemus, inv. 21. Apr. 1702, † 28. Sept. 1750.

Dieser letztere Pfarrer kam i. J. 1729 in den Fall, einer neuen Bewerbung des Klosters Benedictbeuern um die Pfarrey (jezt das Pfarrvicariat) Königsdorf entgegenzutreten zu müssen. Anlaß zu dieser Bewerbung gab dem Kloster damals der grosse Schaden, den dasselbe auf seinen Königsdorfschen Gütern durch Hagelschlag und Viehsuche erlitten hatte. Der Abt wendete sich mit seinem Gesuche an die nach dem Tode des Bischofs Joh. Franz Eggher († 27. Febr. 1727) eingesetzte Administration des Bisthums Freyhing und wußte diese für seine Angelegenheit so günstig zu stimmen, daß auch der Fürstbischof Joh. Theoder, welcher im Jahre 1730 die Diöcesanverwaltung selbst übernahm, den Consens zur Incorporation unter dem 16. Dec. 1730 (Beylage P) ohne Anstand ertheilte. Hätte es dem Kloster gelungen, zum Vollzuge dieser bishöflichen Bewilligung in Rom auch das ihm nothwendige Beneplacitum apostolicum zu erwirken, so wäre endlich doch die Pfarrey Königsdorf noch eine Religiosen-Pfarrey geworden. Von Seite des Domcapitels, welches bey dieser Sache jezt nicht mehr in dem Maße wie früher theilhaftig war, hatte sich keine Schwierigkeit dagegen erhoben. Den Widerspruch des Pfarrers von Telz hatte das Kloster dadurch zu schwächen gehofft, daß es demselben für den Verlust des Patronatsrechtes auf das Pfarrvicariat Königsdorf die dem Kloster zuständigen Patronatsrechte auf drey Pfarreyen (Schwabhausen, Söchering und Uffing) in der Diöcese Augsburg andot. Allein Pfarrer Samweber lehnte (laut Beylage Q) die-



ses Anerbieten ab und scheute weder Mühe noch Kosten, den Schutz der Rechte seiner Pfarrey in letzter Instanz zu erlangen. Sein Eifer wurde auch mit einem glücklichen Erfolge gekrönt. Er erwirkte in Rom bey der Congregatio Cardinalium concilii tridentini interpretum auf dem Grunde eines günstigen Berichtes des Bischofs von Brixen (Beylage R) zwey ihn schützende und ähnliche Versuche des Klosters für immer niederschlagende Entscheidungen (Beylagen S und T). So blieb Königsdorf bis auf die gegenwärtige Zeit, was es ursprünglich war, eine Säcularpfarrey, und der Pfarrer von Tölz Patronatsherr derselben.

Die nachfolgenden Belege für diese Thatsachen sind zwar nicht in der dem Bischof Ludwig Joseph aus Rom zugekommenen Sammlung Päpstlicher Urkunden enthalten; sie finden aber hier einen passenden Platz, da sie theils den Inhalt der Bulle v. J. 1453 erläutern, theils den Erfolg derselben nachweisen. Ein später folgender Aufsatz über das Besetzungsrecht der Pfarrey Tölz wird auf diese Beylagen wieder zurückverweisen müssen. Auch geben dieselben einen beyläufigen Begriff von dem Geschäftsgange und dem Curialstyle der Rota Romana zur damaligen Zeit.

### Beilage A.

Constitutio Gotfridi Frisingensis Episcopi, vi cuius omnes Praepositurae nonnullaeque Parochiae, ad Episcopi Frisingensis collationem seu praesentationem pertinentes, Canonicis cathedralis Ecclesiae tantum conferantur.

3. Aug. 1312.

In nomine Domini Amen. Nos Gotfridus Dei gratia Episcopus, Otto Praepositus, Otto Decanus, totumque Capitulum Ecclesiae Frisingensis. Ad aeternam rei memoriam. Vniversis in perpetuum constitutiones nostras subsequentes notificamus praesentis scripti serie, et eos pro nobis, ac universis nobis substitutis canonicè collaudamus, considerationis igitur oculo et facti experientia perspicaciter intuentes, propter diversas et multiplices laicorum oppressiones stipendia praebendalia nostrae Cathedralis Ecclesiae in tam periculosum ac debilem paucitatis articulum declinare, quod saluiferum sit, conveniens atque justum, ei provisionis imponere medicamen. Per hanc ergo, et alias plures urgentis necessitatis causas et evidentis utilitatis circa Divini ampliacionem officii in Ecclesiam nostram per hoc indubitanter prodeuntes, quia etiam Capitulum praedictum in quasi possessione et praescriptione infrascripti juris et gratiae tanto fuerat tempore, cuius in contrarium non extat memoria, rationabiliter excitati, unanimiter nullo penitus discordante statuimus tenore praesentium et volumus in perpetuum, quod omnes Praelaturae

sive Praepositurae in quacunq̄ue Dioecesi seu Provincia constitutae, quae ad nostram G. Episcopi et successorum nostrorum collationem vel praesentationem qualicunq̄ue jure pertinent, per nos et successores nostros quoslibet Canonicis praedictae nostrae Cathedralis Ecclesiae, qui vocem in Capitulo habuerint, et in sacris ordinibus constituti fuerint, tantummodo conferantur, et ad easdem Praelaturas non alii quam confratres et nostri Concanonici praesententur. Item eo modo et ordine quo supra statuimus, et fieri volumus de omnibus Archidiaconatibus nostrae Ecclesiae Frisingensis, ut nullus Episcopus unum aut plures de hiis alicui conferat, nisi in sacris ordinibus et Canonicus nostrae Ecclesiae Cathedralis. Praeter hoc ex causis praemissis et evidentibus, maxime etiam, ut maior possit exerceri hospitalitas per Canonicos Ecclesiae nostrae, quando in loco fuerint residentes, statuimus et ordinamus, quod Ecclesiae parochiales, quae inferius subnotantur, non cuilibet per Episcopum, qui pro tempore fuerit, conferantur, nec ad eas futuris temporibus aliquis locorum ipsorum ordinariis praesentetur, nisi nostrae sit Canonicus Ecclesiae, vocemque in Capitulo habuerit, et in sacris ordinibus constitutus. Sunt autem hae parochiales Ecclesiae in Civitate et Dioecesi nostra Ecclesia parochialis S. Georgii Frisingae, Ecclesia parochialis in Chümstorff. In Dioecesi Aquilegensi Ecclesia parochialis in Lokka, in Dioecesi Pataviensi Ecclesia parochialis in Weidhouen. In Dioecesi Salzburgensi Ecclesia parochialis in Welz, et in Dioecesi Tridentina Ecclesia parochialis in Cheler \*). Item statuimus et definimus, quod quoties in futurum Castellani, seu Burggravii ad castra et oppida Ecclesiae nostrae instituuntur, vel ad ea per Episcopum aut sibi subditos collocantur, juramento suo hunc recipientes includant articulum, quod vacante Ecclesia ea fidelitate et devotione, qua respiciunt Episcopum in vita, post mortem eius obediant Capitulo, et intendant usque ad novi Pontificis creationem unanimum et concordem. Ut autem tam salubres, tamque fructuosae et necessariae nostrae constitutiones, dispositiones, et ordinationes praelibatae cunctis temporibus sine contradictionis vel dubietatis obstaculo robur perenne obtineant firmitatis, eas in praesenti charta per manum Sifridi publici nostri Notarii scribi fecimus, et nostrorum appensione sigillorum authenticari. Et Nos Gottfridus Dei gratia praedictus Episcopus praemissis omnibus et singulis autoritate ordinaria confirmationis nostrae gratiam ex certa scientia impertimur, sigillumque nostrum pro certitudinis evidentia et testimonio praesentibus est appensum. Acta sunt haec et data Frisingae in Capitulo nostro anno Domini MCCCXII tertio Non. Augusti.

(S. N.) Concordat haec copia cum suo vero in littera et Re-

\*) Gried b. Bogen in Tyrol.

verendissimi Episcopi Gottfridi sigillo illaeso originali, quod tamen vetustatis vitio alterum Cathedralis Ecclesiae sigillum perdidit. Id quod ego Joannes Firnhamer, presbyter Frisingensis, sacra apostolica autoritate publicus et in Archivio Romanae Curiae immatriculatus Notarius, hac manus meae subscriptione, et consueti signi appensione testatum volo. VII. Julii anno 1621 Frisingae.

Joannes Firnhamer Notarius mpria.

## Beilage B.

Bischof Berthold von Freysing überläßt das Patronatsrecht der Pfarrey Kumbsdorf (Königsdorf) dem Kloster Benedictbeuern.

1395.

Diese Urkunde hat sich bisher nicht auffinden lassen; ihr Inhalt aber wird in der sogleich nachfolgenden Päpstlichen Bestätigung angegeben. Jedoch ist auffallend, daß dort als das Jahr der Ausfertigung das achte Pontificatsjahr des Papstes Bonifacius IX., d. i. 1397, angegeben wird, und daß auch bey Meichelbeck die Angabe des Jahres in der Chronik von Benedictbeuern mit jener in seiner freysingischen Geschichte und Chronik nicht übereinstimmt. Da das Kloster Benedictbeuern nach Inhalt einer anderen Urkunde schon im Jahre 1395 sich auf die bereits ertheilte Donationsurkunde des Bischofs Berthold berufen konnte, so muß eine solche damals schon vorhanden gewesen seyn. Als das Kloster zwey Jahre später für diese Donation und Pfarr-Incorporation und für die seiner Seits dem Bischof Berthold dagegen zugestandene Ueberweigung mehrerer Klostergüter an das Hochstift Freysing den Päpstlichen Consens nachsuchte, ist vielleicht zu diesem Behufe wieder eine eigene Urkunde unter einem neueren Datum (27. May 1397) ausgefertigt worden.

Die historischen Belege, welche hier die Stelle der Bischof-Bertholdischen Urkunde zu vertreten haben, sind folgende:

- 1) Clemens Pseudo-Pontifex eo anno (1395) mense Septembri in Gallia extinctus est, substituto postea novo idolo Petro de Luna, qui Benedicti XIII. nomen assumpsit. Bertholdus Episcopus eodem anno Henrico Pienzenauer Abbati Benedictoburano eiusque conventui jus Patronatus Ecclesiae Kumbsdorfensis concessit: et in vicem Jus Patronatus Ecclesiae Wilensis prope Monasterium Schlechdorffense cum pluribus praediis recepit. De ea tamen permutatione plenius non agimus, quia non multo post iterum sublata fuit.

*Meichelb. hist. fris. Tom. II. Vol. I.  
pag. 179.*

- 2) Sonsten hat in eben selbigen Jahr (1395) Bischoff Bertold von dem Abbt zu Benedictbeurn Heinrich Pienzenauer, weilen er selbigen Closter die Pfarr Kumbstorff einverleibt, durch einen Tausch bekommen viele Gerechtsame, Grund-Gült, Einkünften und Güter, nemlich den Kirchen = Saß zu Weil nächst Schleichdorf, einen ganzen Hof zu Gerzisch, item einen anderen halben Hof alldorten; ein Hub zu Aspach sambt einem Neubruch: Item 2 Schwaigen zu Krin mit allerseits Zugehör und Einkünften. Pabst Bonifacius IX. hat dise Handlung selbst bekräftigt. Allein ist nichts destoeweniger in folgenden Zeiten dise Handlung völlig zurück gegangen, nachdem sich eine Stritigkeit ereignet, welche gedachten Kloster eine grosse Summa Gelds gekostet.

Meichelbeck's freysing. Chronica,  
S. 224 und 225.

- 3) Anno 1397 agente Abbate nostro (Henrico) Bonifacius IX. Pontifex maximus Praeposito Cathedralis Ecclesiae Frisingensis praecepit, ut ea, quae de bonis Monasterii nostri illicite deprehenderet alienata et distracta, in usus eiusdem Monasterii revocaret. — Deinceps Abbas noster egit Frisingae apud Bertoldum Episcopum, atque impense supplicavit, ut huic eidem Monasterio unire vellet adjacentem territorio nostro Ecclesiam Kumbstorffensem, hodie a quibusdam dictam Königsdorffensem, cujus pagi magna pars alias ad Monasterium nostrum pertineret. — Votis Abbatis non defuit Episcopus, et Ecclesiam illam, quantum in se erat, nobis annexuit et incorporavit. Eo facto supplicavit Abbas noster Bonifacio Pontifici, ut incorporationes Parochialium Ecclesiarum Sandaviensis, Ehinganae et Kumbstorffensis recens ab Episcopis Augustano et Frisingensi factas Apostolica Autoritate firmaret: quod etiam praestitit Pontifex anno Christi 1399 die 5. Februarii et 15. Maji. Et unio quidem Sandaviensis Ecclesiae, uti etiam Ehinganae vim tum obtinere. Ast occasione Kumbstorffensis Ecclesiae inciderunt difficultates aliquae, ita ut nollent nostri litem magnis sumptibus staturam prosequi.

*Meichelb. chron. Benedictob. Pars I.*  
*p. 166 et 167.*

- 4) In dem Archive des Hochstifts Freysing befinden sich, gemäß dem noch vorhandenen Repertorium über dasselbe, litterae (de ao 1395), tenore quarum Henricus Abbas et Georgius Prior totusque conventus Monasterii in Benedictbeyrn, ord. s. Benedicti, ex eo, quod Berchtoldus Episcopus eidem Monasterio jus patronatus ecclesiae parochialis in Chimstorff vigore instrumenti

donationis desuper confecti tradidit, incorporavit et donavit, praedicto Episcopo Berchtoldo per viam quasi permutationis donaverunt et tradiderunt jura, possessiones, redditus et praedia infrascripta, nimirum jus patronatus ecclesiae in Weill prope Schleedorf Augustanae dioecesis, praedium seu huebam majorem in Germansgey, cui tunc praesidebat Joannes Schattler, et huebam minorem ibidem, cui praefuit Henricus Nez, huebam in Aspach, ubi Henricus Spannendik, item quoddam novale, quod tenuit Stephel de Mittenwald, item vacariam in Grün, quam tenuit Udalricus Nebel, item vacariam ibidem, quam tenuit Henricus Jacobi, cum ibi singularum assignatis et specificis additis redditibus. Ao. 1395.

v. Hefenmüllers Frisingensia in Fol.  
Tom. III. p. 149.

### Beilage C.

Papst Bonifacius IX. bestätigt die von dem Bischof Berthold dem Kloster Benedictbeuern zugestandene Einverleibung der Pfarrey Königsdorf\*).

2. Febr. 1399.

Bonifacius Episcopus servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Pastoralis officii debitum, quo sumus universis Ecclesiis et Monasteriis obligati, assidue nos compellit, ut circa earum ac personarum, presertim sub regulari observantia in illis Divinis laudibus insistentium, salubriter dirigendum pariter et agendum paternis studiis intendamus, consulendo personarum ipsarum necessitatibus et oportunitatibus providendo.

Sane pro parte dilectorum filiorum Abbatis et conventus monasterii in Benedictenpewrn ord. sancti Benedicti Augustensis Dioecesis nobis exhibita petitio continebat, quod olim venerabilis frater noster Bertoldus Episcopus Frisingensis, videlicet VIII. Kal. Junii Pontificatus nostri anno octavo, pie considerans exilitatem fructuum et proventuum dicti Monasterii, ac cupiens eisdem Abbati et conventui pro oneribus ipsi monasterio incumbentibus facilius supportandis alicuius subventionis auxilio providere, parrochiam Ecclesiam in

\*) Diese Urkunde liegt im Originale im kgl. Reichsarchive zu München und ist mit Weglassung der gewöhnlichen Schlußformel Nulli ergo etc. bereits in Meichelbeck chron. Benedictob. (II. 101—103) abgedruckt.

Chumstorf Frisingensis Dioecesis ad collationem ipsius Episcopi duntaxat tum pertinentem cum omnibus juribus et pertinentiis suis Abbati et conventui ac Monasterio predictis auctoritate ordinaria donavit, ipsisque illam, quantum in eo fuit, univit, annexuit et incorporavit. Ita quod cedente Rectore dicte Parrochialis Ecclesie, qui tunc erat, vel Ecclesiam ipsam alias quomodolibet dimittente liceret eisdem Abbati et Conventui ipsam Parrochiale Ecclesiam apprehendere et perpetuo retinere ac fructus, redditus et proventus ipsius Ecclesie in eorum usus convertere, prout in litteris inde confectis ipsiusque Episcopi sigillo munitis, cuius tenorem presentibus habere volumus ex certa scientia pro expresso, dicitur plenius contineri, ipsique Abbas et Conventus eandem Ecclesiam postea certo modo vacantem vigore donationis, incorporationis, annexionis et unionis huiusmodi assecuti illam ex tunc aliquamdiu tenuerunt et possederunt, prout tenent et possident de presenti. Cum autem, sicut eadem petitio subjungebat, idem Abbas et Conventus dubitent, donationem, unionem, annexionem et incorporationem predictas ex certis causis juribus non subsistere, pro parte Abbatis et Conventus predictorum nobis fuit humiliter supplicatum, ut donationi etc. praedictis robor Apostolice confirmationis adiacere, ipsamque Ecclesiam eisdem Abbati et Conventui ac Monasterio de novo imperpetuum unire, annectere et incorporare de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati donationem, unionem, annexionem, incorporationem et assecutionem predictas et quecunque inde secuta rata habentes et grata illa auctoritate Apostolica ex certa scientia confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus, suppletes auctoritate predicta omnes defectus, siqui forsan intervernerint in eisdem. Et nihilominus Ecclesiam predictam, super qua inter eosdem Abbatem et Conventum ex una parte et dilectum filium Petrum Lentwini Canonicum Frisingensem ex altera lis, cuius etiam statum presentibus haberi volumus pro expresso, in palatio causarum Apostolico dicitur pendere indecisa, in Chumstorff et in Achingen ac in Sandawe dicte Augustensis Dioecesis parrochiales Ecclesias, quarum quidem in Sandaw et in Achingen Ecclesiarum jus patronatus Abbas et Conventus predicti de manibus quorundam Laicorum etiam pia largitione dudum acquisiverunt, eidem Monasterio in relevamen onerum predictorum auctoritate Apostolica cum omnibus juribus et pertinentiis suis motu proprio non ad ipsorum Abbatis et Conventus vel alterius pro eis supra hoc nobis oblate petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate de novo imperpetuum unimus, annectimus et ex certa scientia incorporamus. Ita quod cedentibus prefato Petro et rectoribus Ecclesiarum predictarum vel Ecclesias ipsas alias quomodolibet dimittentibus vel etiam, si iidem Abbas et Conventus Ecclesiam ipsam in Chumstorff ab ipso

Petro evicerint, liceat eiſdem Abbati et Conventui corporalem poſſeſſionem predictarum parrochialium Eccleſiarum auctoritate propria de novo libere apprehendere et perpetuo licite retinere ac fructus, redditus et proventus predictarum Eccleſiarum percipere et in ſuos uſus convertere eaſque per Monachos Monasterii predicti vel alios preſbyteros ydoneos ſaeculares vel regulares ad nutum dictorum Abbatis et Conventus ponendos et amovendos regi et gubernari facere, Dioceſani loci vel alterius cuiuſcunq; licentia ſeu conſenſu minime requiſitis, primorum fructuum dictarum Eccleſiarum ſolutione ad eos pro inſtitutione vicariorum ſolvi conſueta ac quacunq; alia exactione penitus ceſſante. Non obſtantibus tam feliciſ recordationis Bonifacii Papae VIII. predeceſſoris noſtri, quam aliis conſtitutionibus Apoſtolicis atque noſtris contrariis quibuſcunq;. Aut ſi aliqui ſuper provisionibus ſibi faciendis de huiuſmodi vel aliis beneficiis eccleſiaſticis in illis partibus ſpeciales vel generales Apoſtolicę Sedis vel legatorum eius litteras impetrarint, etiam ſi per eaſ ad inhibitionem, reſervationem et decretum vel alias quomodolibet ſit proceſſum, quaſ quidem litteras et proceſſus habitos vel habendos per eaſdem et quecunq; inde ſecuta quoad prefatas Eccleſias volumus non extendi, ſed nullum per hoc eiſ quoad aſſecutionem beneficiorum aliorum prejudicium generari, et quibuſlibet privilegiis, indulgentiis et litteris Apoſtolicis generalibus vel ſpecialibus, quorumcunq; tenorum exiſtant, per que preſentibus non expreſſa vel totaliter non inſerta effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri et de quibus quorumq; totis tenoribus habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis. Volumus autem, ut predictę Eccleſie parrochiales debitis propterea non fraudentur obſequiis et animarum cura in eiſ nullatenus negligatur, quodque Abbas et Conventus predicti ratione earumdem eccleſiarum episcopalia jura ſolvere, et alias ipſis Eccleſiis onera conſueta incumbentia teneantur ſupportare. Et inſuper ex nunc irritum decernimus et inane, ſi ſecus ſuper hiis a quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attemptari.

Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtre confirmationis, communicationis, ſupplectionis, annexionis, unionis, incorporationis et voluntatis infringere et ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli Apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum.

Datum Romę apud ſanctum Petrum III. Nonas Februarii Pontificatus noſtri anno decimo.

---

## Beilage D.

Papst Bonifacius IX. gestattet den Vollzug der Incorporation der Pfarrey Königsdorf mit dem Kloster Benedict-beuern.

15. May 1399.

**Bonifacius Episcopus servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.**

Sacrae religionis, sub qua dilecti filii Abbas et conuentus Monasterii Benedictenpewren ordinis sancti Benedicti Augusten. dioc. deuotum et sedulum exhibent altissimo famulatum, promeretur honestas, ut votis eorum, illis presertim, per quae ejusdem Monasterii utilitas procuratur, quantum cum Deo possumus, favorabiliter annuamus. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dictorum Abbatis et Conuentus petitio continebat, quod olim venerabilis Frater noster Bertholdus Episcopus Frisingensis, pie considerans, quod fructus, redditus et prouentus dicti Monasterii adeo tenues et exiles existebat, quod ad onera ipsi Monasterio incumbencia supportanda non sufficiant, ius Patronatus parochialis ecclesiae in Chumbstorff, Frisingensis dioecesis, quod ad ipsum Episcopum tunc pertinebat, eidem Monasterio in supportationem onerum praedictorum pia largitione donauit et subsequenter eadem ecclesia, quam Rudolphus Haslinger ipsius Ecclesiae rector, dum uiueret, obtinebat, per eiusdem Rudolphi obitum, qui extra Romanam Curiam diem clausit extremum, vacante Abbas et Conuentus praedicti de licentia et consensu eiusdem Episcopi corporalem eiusdem Ecclesiae possessionem apprehenderunt, ipsamque assecuti extiterunt, ortaque propterea inter eos et dilectum filium Petrum Lutwini, qui se gerit pro Canonico Frisingensi, super dicta Ecclesia, de qua ut praefertur vacante idem Petrus sibi auctoritate Apostolica mandatum fuisse prouideri ipsamque Ecclesiam mandati huiusmodi vigore sibi deberi, Abbas vero et Conuentus praefati ecclesiam eandem ad se de iure spectare asserabant, prout iidem Abbas et Conuentus adhuc asserunt, materia et causa huiusmodi ad Sedem Apostolicam legitime introducta et in Palatio Apostolico coram certo Auditore eiusdem Palatii et commissione Apostolica diutius ventilata, tandem praefatus Petrus, postquam in eadem causa ad nonnullos actus, citra tamen conclusionem, inter partes ipsas processum fuerat, liti et causae huiusmodi ac omni, si quod sibi in dicta Ecclesia seu ad eam quomolibet competeat aut competere poterat, coram certis Notario publico et testibus apud sedem praedictam libere et sponte cessit.

Cum autem, sicut eadem petitio subiungebat, ipsi Abbas et Conuentus propter tenuitatem fructuum, reddituum et prouentuum



praedictorum onera ipsis et eidem Monasterio incumbencia nequeant commode supportare, pro parte eorundem Abbatis et Conuentus nobis fuit humiliter supplicatum, vt in Chumstorff praefatam de nouo, et in Achingen ac in Sandawe dictae Augustensis dioecesis parochiales ecclesias, quarum quidem in Achingen et in Sandawe ecclesiarum ius patronatus ipsi Abbas et Conuentus de manibus quorundam laicorum etiam pia largitione dudum acquisiuerunt, eidem Monasterio in releuamen onerum praedictorum imperpetuum vnire, annectere et incorporare de benignitate Apostolica dignemur, Nos statum causae huiusmodi habentes praesentibus pro expresso, huiusmodi supplicationibus inclinati, in Chumstorff de nouo et in Achingen ac in Sandawe ecclesias praedictas, quarum omnium viginti quatuor cum omnibus iuribus et pertinentiis suis praefato Monasterio, cuius quinquaginta marcharum argenti puri fructus, redditus et proventus secundum communem extimationem valorem annum, vt ipsi Abbas et Conuentus asserunt, non excedunt, in supportationem onerum praedictorum, etiamsi super ipsa Ecclesia in Chumstorff inter ipsos Abbatem et Conuentum et aliquos alios lis, cuius statum etiam praesentibus haberi volumus pro expresso, in dicto Palatio pendeat inderisa, auctoritate Apostolica ex certa scientia tenore praesentium perpetuo vnimus, annectimus et incorporamus, ita quod simul vel successive cedentibus vel decedentibus earundem in Achingen et in Sandawe ecclesiarum Rectoribus liceat eisdem Abbati et Conuentui per se vel alium seu alios corporalem earundem in Achingen et in Sandawe ac de nouo in Chumstorff Ecclesiarum iuriumque et pertinentiarum praedictorum possessionem auctoritate propria libere apprehendere et perpetuo licite retinere, Dioecesanorum locorum vel alicuius alterius licentia super hoc minime requisita, reseruatis tamen de in Chumstorff, si alias reseruata non sit, et de singularum aliarum Ecclesiarum praedictarum fructibus, redditibus et prouentibus huiusmodi pro singulis perpetuis Vicariis in eisdem Ecclesiis instituendis singulis congruis portionibus, de quibus iidem Vicarii congrue sustentari, Episcopalia iura soluere et alia sibi incumbencia onera (*teneantur*) supportare. Non obstantibus tam piae memoriae Bonifatii PP.VIII. praedecessoris nostri, quam aliis constitutionibus et ordinationibus Apostolicis contrariis quibuscunque, seu si aliqui super prouisionibus sibi faciendis de huiusmodi vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus specialiter vel generales Apostolicae Sedis vel Legatorum eius litteras impetrarunt, etiamsi per eas ad inhibitionem, reseruationem et decretum vel alias quomodolibet sit processum, quas quidem litteras ac processus, earum auctoritate habitos seu habendos, ad praefatas Ecclesias volumus non extendi, sed nullum per hoc eis quoad assecutionem beneficiorum aliorum praeiudicium generari et quibuslibet Privile-

giis, Indulgentiis et litteris Apostolicis, quoruncunque tenorum existant, per quae praesentibus non expressa vel totaliter non inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differi, et de quibus quorumque totis tenoribus habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Nos enim ex nunc irritum decernimus et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingerit attemptari. Si quis autem hoc attemptare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Dat. Romae apud Sanctum Petrum Idib. Maji, 1. Pontificatus nostri Anno Decimo \*).

### Beilage E.

Papst Johann XXIII. bestätigt die Ansprüche des Domcapitels zu Freysing auf mehrere zur freyen Verleihung des Bischofs von Freysing gehörige Propsteien und Pfarreien.

7. Jan. 1415.

(Abgedruckt in Meichelbeck's hist. fris. Tom. II. Vol. I. p. 188. und 189.)

Joannes Episcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Ea quae pro Divini cultus augmento, et praesertim pro personis Ecclesiasticis in Ecclesiis Cathedralibus Domino famulantibus provide facta sunt, ut illibata persistent, libenter, cum a nobis petitur, Apostolicae Confirmationis suffragio communitus. Sane petitio pro parte dilectorum filiorum Hermanni Electi, et Capituli Frisingensis continebat, quod dudum bonae memoriae Conradus Episcopus Frisingensis volens majori Ecclesiae Frisingensi inter alias Ecclesias Civitatis et Dioecesis Frisingensis specialis honoris praerogativa providere, ipsamque inter alias Ecclesias extollere, auctoritate ordinaria statuit et ordinavit, quod ex tunc in antea, quotiescunque aliquam ex S. Andreae Frisingen. Sancti Johannis Montis Frisingen. Sancti Viti extra muros Frising. Sancti Castoli in Mospurg, sancti Zenonis in Isen, Sancti Sixti in Sliers, Sancti Petri Montis Madran, Sanctae Margaretae Ardacen. et Sanctorum Primi et Feliciani in Werdea, et Sancti Candidi Inticen. Ecclesiarum Praeposituris, quarum singulae dignitates principales in singulis eisdem Ecclesiis existunt, et quarum cuilibet cura imminet animarum, nec

\*) Diese Urkunde ist im kgl. Reichsarchive nicht im Original, sondern nur in zwey beglaubigten Abschriften (Transumpten) vorhanden.

non in Kungsdorff, in Waydenhoven, ac in Welz et in Gries parochialibus Ecclesiis, Frisingensis, Pataviensis, Salzeburgensis, Brixinensis et Tridentin. Dioecesium, quarum omnium omnimoda dispositio ad Episcopum Frisingensem pro tempore existentem pertinere dinoscitur, vacare contingeret, alicui nisi Canonico dictae majoris Ecclesiae praebendato, assignari debere, quodque praefata ordinatio a tempore editionis hujusmodi inconcusse fuerat observata, licet nonnulli praetextu quarundam literarum Apostolicarum eandem ordinationem interrumpere praesumpserint, et etiam praesumant in Electi, Majoris Ecclesiae et Capituli praedictorum praepudicium atque damnum\*). Quare pro parte dictorum Electi et Capituli fuit nobis humiliter supplicatum, ut pro subsistentia firmiori eorundem statuti et ordinationis, et ne quaequae etiam parvae conditionis et aliae personae contra ea leviter venire praesumant, eisdem statuto et ordinationi robur Apostolicae Confirmationis adjicere de benignitate Apostolica dignemur. Nos igitur hujusmodi supplicationibus inclinati praefata statutum et ordinationem, et omnia inde secuta rata habentes et grata, ea auctoritate Apostolica confirmamus, et praesentis scripti patrocinio communimus, suppletes omnes defectus, si qui forsitan intervenerint in eisdem, constitutionibus Apostolicis, et aliis contrariis non obstantibus quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostrae ratificationis, confirmationis, communicationis, et suppletionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Dat. Constantiae VII. Januar. Pontificatus nostri anno quinto.

### Beilage F.

Der Abt von Benedictbeuern bittet um wiederholte Päpftliche Bestätigung der Incorporation der Pfarrey Königsdorf mit seinem Kloster, und Kaiser Friedrich bevorwortet dieses Gesuch.

(1453)

1.

Beatissime Pater!

Exposito dudum felicitis recordationis Bonifacio Papae VIII. praedecessori vestro pro parte Abbatis tunc existentis et Conuentus

---

\*) Die hier citirte Urkunde des Bischofs Conrad (III?) konnte bisher nicht aufgefunden werden; jene des Bischofs Gottfried aber vom Jahre 1312, welche dem Domcapitel die nämlichen Begünstigungen zugethan, ist oben als Beilage A abgedruckt.

Monasterii in Benedictepwren, Augustensis Dyocesis, quod, cum olim bonae memoriae Bertoldus Episcopus Frisingensis, pie considerans exilitatem fructuum ipsius Monasterii ac cupiens, eisdem Abbati et Conuentui pro oneribus ipsi Monasterio incumben- tibus facilius supportandis de aliquo auxilio prouidere, parrochiam ecclesiam in Chümstorff, Frisingensis Dyocesis, ad ipsius collationem dumtaxat tunc pertinentem, Abbati, Conuentui et Monasterio praedicto auctoritate ordinaria donauerat ipsamque eidem Monasterio annexerat, vniuerat ac Abbas et Conuentus praedicti ex post ecclesiae praefatae tunc certo modo vacantis in vim donationis et vnionis praemissarum possessionem assecuti eam aliquamdiu tenuerant et possederant, prout tunc tenebant et possidebant, praefatus predecessor eorum precibus annuens, donacionem, vnionem etc. praedictas ex certa scientia confirmauit et nihilominus ecclesiam praedictam, super qua tunc certa lis inter ipsos et quendam ipsorum aduersariorum in Palatio apostolico pendebat indecisa, nec non in Aechingen et in Sandaw, dicte Augustensis Dyocesis parrochiales ecclesias, quarum videlicet in Sandaw et in Aechingen ecclesiarum ins patronatus ad Abbatem et Conuentum praedictos spectabat, eidem Monasterio in releuamen praedictorum onerum auctoritate apostolica ac motu proprio de novo annexuit, vniuit et incorporauit, ita quod vacantibus ipsis ecclesiis liceret eisdem, ipsarum possessionem apprehendere ac fructus etc. percipere, easque per monachos Monasterii praedicti vel alios presbyteros ydoneos seculares uel regulares ad nutum ponendos et amouendos regi et gubernari facere, primorum fructuum dictarum ecclesiarum solucione pro institutione Vicariorum solui consueta et alia exactione quacunque cessante.

Verum licet Abbas et conuentus praedicti praemissarum ecclesiarum tunc certis modis vacancium possessionem apprehendissent, ac in Sandaw et Aechingen ecclesias huiusmodi hactenus pacifice possederint et tenerint, tamen ex post siue ob incuriam et negligentiam Abbatis et Conuentus dicti Monasterii pro tunc existentis ac etiam propter scisma, quod in Dei ecclesia diu temporibus illis inoleuit, siue ex eo, quod bonae memoriae Baldassar Episcopus Tusulanus, tunc Joannes XXIII. in sua obedientia nuncupatus, quoddam statutum per quondam Hermannum Electum et Capitulum Frisingense factum, videlicet quod ipsa ecclesia in Chumstorff non per alios quam Canonicos Frisingenses obtineri, nec alteri conferri deberet, eciam post donacionem, vnionem etc. praedictas per suas litteras dicebatur confirmasse, vnio etc. et possessio huiusmodi quoad praefatam ecclesiam in Chümstorff continuate non extiterunt, cum post obitum praefati aduersarii litigantis ipsa ecclesia quatuor aut pluribus vicibus successiue vacans diuersis Canonicis Frisingensibus aut aliis apostolica vel ordinaria auctoritate collata fuit.

Cum autem, Pater sancte, nuper Abbas et Conuentus praefati dicte ecclesie in Chümstorff tunc per obitum quondam Johannis Greiff, illius rectoris, extra Romanam Curiam defuncti, vacantis vigore donacionis, confirmacionis, vnionis etc. praedictarum possessionem pacificam apprehenderint, illamque hactenus tenuerint et possederint pacifice et quiete, ac alias iuxta ipsius Bonifacii predicti voluntatem in ea Vicarium sive Curatum instituerint, dubitent tamen ex interrupcione continuationis vnionis et possessionis huiusmodi etc., nec non ex dicti statuti per praefatum Joannem XXIII confirmacione, huiusmodi donacioni et quoad eandem ecclesiam in Chümstorff vnioni etc. antedictis derogatum fuisse ac de eius viribus hesitari posse, cupiantque pro earum subsistencia firmiori donacionem, vnionem etc. aliaque praedicta apostolico munimine roborari. Supplicat igitur Sanctitatem Vestram Illustrissimus Princeps Fridericus Imperator Romanorum in personam oratoris vestri ac dilecti Capellani sui Guillelmi, moderni Abbatis et Conuentus dicti Monasterii, quatenus donacionem, vnionem, incorporacionem ac litteras aliaque praedicta etc. rata habentes et grata illa auctoritate apostolica et ex certa scientia ratificare, confirmare et approbare, supplentes omnes defectus, siqui forsitan internenerint in eisdem, et nihilominus pro pociori cautela in ecclesiam in Chümstorff praedictam, cuius decem et octo sive praemisso sine alio quouis modo aut ex alterius cujuscunque persona siue per liberam resignationem in (1) dicti Joannis Greiff vel alterius de illa in Romana Curia vel extra eam, etiam coram Notario publico et testibus sponte factam aut constitutionem Execrabilis vel assecutionem alterius Beneficii quavis auctoritate collati factam uacet, etiamsi deuoluta aut cuius statum etc. litteris seu specialiter nel quomodolibet generaliter reseruata existat, eidem Monasterio, cuius quinquaginta marcharum argenti fructus etc. secundum communem existimationem valorem annum non excedunt, perpetue incorporare, annectere et vnire . . . . . dignemini de gratia speciali, ita, quod liceat, si et in quantum oporteat, Abbati et Conuentui predictis in Chumstorff ac aliarum ecclesiarum praedictarum iterato possessionem apprehendere et perpetue retinere illarumque fructus etc. in suos vsus et vtilitatem convertere, Dyocesani loci aut alterius licencia et assensu minime requisitis, et insuper auctoritate apostolica decernentes, aliquam ex ecclesiis prelibatis de cetero per quascunque expectativas, reseruaciones, nominaciones aut quacunque auctoritate factas collaciones et prouisiones, gratias, priuilegia et indulta acceptari sive assequi, haberi et obtineri non posse, illis quoad ecclesias praefatas, nec non statutis et ordinacionibus huiusmodi ipsius Baldassaris, tunc Johannis XXIII., aut alia quauis etiam apostolica auctoritate confirmatis et approbatis, quorumcunque tenorum existant, si et in quantum oporteat.

teat, derogantes, provt in ipsis predictis litteris, quarum tenoribus etc. continetur, ad cautelam irritantes, cassantes, annullantes et pro infectis habentes. Non obstantibus premissis et aliis quibuscunque cum clausulis oportunis.

Et de noua vnione huiusmodi.

Et de concreto, quod ipse ecclesie per expectantes etc. de cetero nequeant acceptari.

Et cum expressa derogatione statuti et ordinacionis huiusmodi.

2.

Beatissime Pater etc.

Cum honorabiles Religiosi, N . . Abbas et Conuentus Monasterii in Benedicthenpewren, Augustensis Dyocesis, Capellanus noster dilectus, certa Monasterii sui priuilegia, presertim felicitis recordacionis quondam Papae Bonifacii Noni predecessoris vestri super incorporatione nonnullarum ecclesiarum parrochialium, videlicet in Aeching et Sandaw, dicte Augustensis, et in Königsdorf, Frisingensis Dyocesium eidem suo Monasterio concessa cupiant per Sanctitatem vestram auctoritate apostolica confirmari, Nos cupientes eos pro obtinendo huiusmodi suae intencionis proposito apud Sanctitatem vestram benigne promouere, Beatitudinem vestram affectuose rogamus, quatenus ipsis dicti sui Monasterii priuilegia et presertim incorporationem predictarum ecclesiarum auctoritate apostolica cum supplicacione defectuum et clausulis aliis oportunis et releuantibus iuxta supplicacionis sue tenorem, cum presentibus porrigende, nostri contemplacione generose Capellanum (!) nostrum confirmare vel si opus fuerit de nouo eadem renouare dignetur, ita, ut in possessione dictarum ecclesiarum, quas modo obtinent, deinceps quiete et pacifice valeant permanere.

In eo nobis complacenciam plurimum gratam exhibebit Sanctitas Vestra, quam Altissimus etc. \*)

---

\*) Diese bittliche Vorstellung des Abtes von Benedictbeuern und die Intercession des Kaisers für ihn, bestimmten den Papst Nicolaus V., die den Wünschen des Abtes entsprechende Bulle v. 7. August 1453 (Sieh oben S. 124—131) zu erlassen. Das Domcapitel zu Freysing, namentlich der Domcaritular Kaspar Schmidhauser, damaliger Pfarrer zu Königsdorf, scheint aber dagegen sogleich den Rechtsweg beschritten zu haben, und es gelang dem besagten Pfarrherrn, wie die nachfolgenden Urkunden zeigen, sowohl sich in dem Besitze der Pfarrey Königsdorf zu erhalten, als auch der Pfarrey selbst die Eigenschaft einer zur freyen Collation des Bischofs gehörigen und jedes Mal einem freysingischen Domherrn zu verleihenden Säcularpfründe zu sichern.

## Beylage G.

Der römische Auditor, Bern. Ronira, trifft Anordnung zur Instruction des Processes zwischen dem Kloster Benedictbeuern und dem Bischof und Domcapitel zu Freysing wegen der Vereinigung der Pfarrey Königsdorf mit dem Kloster Benedictbeuern.

17. Jun. 1467.

Bernardus Ronira, decretorum Doctor, Abbas secularis et colligate Ecclesie sancti Felicis Gerundensis, Canonicus Valentiniensis, Domini nostri Pape Capellanus et ipsius sacri Palatii apostolici causarum causeque et causis ac partibus infrascriptis ab eodem Domino nostro Papa Auditor specialiter deputatus. Univeris et singulis Dominis Abbatibus, Prioribus, Prepositis, Decanis, Archidiaconis, Scholasticis, Cantoribus, Custodibus, Thezaurariis, Succentoribus, Sacristis, tam cathedralium quam collegiatarum Canonicis, parochialiumque ecclesiarum Rectoribus seu loca tenentibus, eorundem Plebanis, Viceplebanis, Capellanis curatis et non curatis, Vicariis perpetuis, Altaristis ceterisque presbyteris ecclesiasticis, Notariis, Tabellionibus publicis quibuscunque per Civitatem et Dioecesin Frisingensem ac alias ubilibet constitutis et eorum cuilibet in solidum, illique vel illis, ad quos presentes nostre littere pervenerint salutem in Domino et nostris huiusmodi ymo verius apostolicis firmiter obedire mandatis.

Noveritis, quod dudum felicitis recordationis Dominus Pius Papa secundus quandam commissionis sive supplicationis cedulam nobis per certum suum cursorem presentari fecit, quam nos cum ea qua decuit reverentia recepimus huiusmodi sub tenore:

Beatissime Pater etc. (wie unten Beyl. K. Nr. 1.)

In fine vero dicte commissionis sive supplicationis cedula scripta erant de alterius manus littera superiori litterae ipsius cedule penitus et omnino dissimuli et diversa hec verba, videlicet: *De mandato Domini nostri Pape audiat magister Bernardus Ronira, citet, ut petitur, et iusticiam faciat.*

Cuius quidem commissionis vigore citatione legitima vna cum inhibitione inserta extra Romanam Curiam et ad partes pro parte religiosorum virorum Dominorum Wilhelmi Abbatis et conventus Monasterii in Benedictenpeuren, ordinis sancti Benedicti, Augustensis Dioecesis, principalium in praeinserta commissione principaliter nominatorum, contra et aduersus quendam Matheum Grieff ex aduerso principalem, in commissione ex aduerso principaliter nominatum omnesque alios et singulos sua communiter uel diuissim interesse putantes, per nos in forma solita et consueta decreta atque concessa

aliquaque per nos et coram nobis in causa et causis huiusmodi ac inter partes predictas seu uerius earum legitimos procuratores citra tamen cause conclusionem inchoato et agitato processu prefatoque deinde Domino Pio Papa secundo, sicut Altissimo placuit, ab hac luce subtracto, Sanctissimoque in Christo Patre et Domino nostro Domino Paulo diuina prouidencia Papa secundo ad summi Apostolatus apicem assumpto ac consequenter huiusmodi vnacum nonnullis aliis commissis causis, de prefati Domini nostri Domini Pauli Pape secundi speciali mandato per nos in statu debito resumptis, quandam aliam commissionis siue supplicationis cedulam ex parte eiusdem Domini nostri Pape presentatam cum simili qua decuit reuerencia recepimus, sub hiis uerbis:

Dignetur Sanctitas uestra . . . (wie unten Beyl. K. Nr. 2.)

Quarum quidem commissionum vigore per nos et coram nobis in causa et causis huiusmodi ac inter partes seu uerius earum legitimos procuratores predictos ad omnium et singulorum terminorum substantialium de stilo, vsu, more et consuetudine Romane Curie seruari solitum (!) rite et legitime processu, subsequenter nos ad prouidi uiri Magistri Theoderici Clinckard, in dicta Romana Curia causarum et uenerabilium et religiosorum Dominorum Abbatis et Conuentus Monasterii in Benedictenpewren, ordinis sancti Benedicti, Augustensis Dioecesis, principalium procuratoris instanciam prouidum uirum magistrum Bertoldum Cantrifusor, in eadem Curia etiam causarum et Reuerendi in Christo Patris et Domini Domini Johannis, Dei et apostolicae Sedis gratia Episcopi Frisingensis, nec non uenerabilium et circumsectorum uirorum Dominorum Capituli Ecclesiae Frisingensis ex aduerso principalium in praeinserta ultimo nobis facta et presentata commissione ex aduerso principaliter nominatorum procuratorem, de quorum hinc inde procuratorum procuratorum mandatis in actis cause huiusmodi legitimis dinoscitur constare prout constat documentis, ad uidendum et audiendum litteras compulsorias generales extra Romanam Curiam et ad partes in forma solita et consueta decerni et concedi uel dicendum et causam, si quam habebat rationabilem, quare premissa minime fieri debebant, allegandum, per certum Domini nostri Pape cursorem citari fecimus et mandauimus ad certum peremptorium terminum competentem, uidelicet ad diem et horam subinsertas.

Quibus aduenientibus comparuit in iudicio legitime coram nobis Magister Theodericus Clinckard, procurator predictus nomine quo supra procuratorio et dicti Magistri Bertoldi Cantrifusoris ex aduerso procuratoris non comparentis contumaciam accusauit ipsumque contumacem reputari et in eius contumaciam nobis exposuit cum querela, quod nonnulli Domini Praelati, Iudices, Officiales, Commissarii ordinarii et extraordinarii, Delegati, Subdelegati, Executores,



Subexecutores, Capitula, Conuentus, Collegia, Clerici, Notarii et Tabelliones publici alieque persone tam ecclesiastice quam seculares Ciuittatis et Dioecesis predictarum ac alibi constituti penes se habent et detinent ac sciunt habentes et detinentes in earum cistis, scriniis, archis, thecis, custodiis aut registris eorum receperunt (!) ac notis manualibus sine prothocollis nonnulla acta, actitata, litteras, scripturas, priuilegia, statuta, registra, instrumenta ac iura et munimenta, causam et causas huiusmodi tangentes et tangencia ac eandem concernentes et concernencia, et pro defensione et cognitione iuris dictorum Dominorum Abbatis et conuentus in Benedictenpewren principalium necessarias et necessaria et sine quibus de huiusmodi cause meritis, ut asserebat, ad plenum liquere uel constare non posset. Quapropter fuimus per eundem Magistrum Theodericum Clinkard procuratorem nomine quo supra procuratorio coram nobis in iudicio legitime comparentem debita cum instancia requisiti, ut sibi super hoc de oportuno remedio prouidere litterasque compulsorias in talibus fieri consuetas extra Romanam Curiam et ad partes in forma solita et consueta decernere et concedere dignemur.

Nos tunc Bernardus Ronira Auditor prefatus dictum Magistrum Bertoldum Cantrifusoris non comparentem neque termino huiusmodi in aliquo satisfacere curantem reputauimus merito prout erat exigente iusticia contumacem et in eius contumaciam, attendentes requisitionem huiusmodi fore iustam et consonam rationi, et quod iusta petentibus non est denegandus assensus, bonique iudicis sit, cuncta rimari, ne occasione occultacionis iurium partium hinc inde ius alicui earundem ualeat deperire, idcirco auctoritate apostolica nobis commissa et qua fungimur in hac parte, vos omnes et singulos supradictos et nestrum quenlibet in solidum, quibus presentes nostre littere diriguntur, tenore presencium primo, secundo, tercio et peremptorie communiter uel diuisim requirimus et monemus, uobisque nihil ominus et nestrum cuilibet in uirtute sancte obedientie et sub infrascriptis sententiarum penis districte precipiendo mandantes, quatenus infra sex dierum spacium post presentationem seu notificacionem presencium uobis seu alteri nestrum factas, et postquam pro parte dictorum Dominorum Abbatis et Conuentus Monasterii in Benedictenpewren principalium super hos fueritis requisiti seu alter vestrum requisitus immediate sequentium, quorum sex dierum duos pro primo, duos pro secundo et reliquos duos dies uobis uniuersis et singulis supradictis pro tercio et peremptorio termino ac monicione canonica assignamus, ita tamen, quod in hiis exequentis unus uestrum alterum non expectet, nec unus pro alio se excuset, praefatos Dominos Praelatos, Iudices, Officiales, Collegia, Capitula, Notarios, Tabelliones publicos ac alias personas quascunque ecclesiasticas et seculares atque loca per exhibitorem

presencium vobis nominandos, nominandas et nominanda personaliter accedatis seu alter uestrum accedat, eosque, eas et ea auctoritate apostolica requiratis et moneatis, quos, quas et que nos eciam tenore presencium requirimus et monemus, eis, eis et eorum cuilibet in uirtute sancte obediencie et sub similibus penis infrascriptis districte precipiendo mandantes, quatenus infra duodecim dierum spacium post presentacionem et requisicionem uestras huiusmodi eis factas immediate sequentium, quorum duodecim dierum quatuor pro primo, quatuor pro secundo, et reliquos quatuor dies eis et eorum cuilibet pro tercio et peremptorio termino et monicione canonica assignetis, quos nos etiam sic assignamus eisdem, omnia et singula acta, actitata, litteras, scripturas, instrumenta, processus, iura, priuilegia ac alia munimenta quecunque, predictam causam et causas huiusmodi tangentes et tangentia, penes eos existentes et existentia, originaliter aut earum uera transumpta in eorum formis originalibus uel eorum notis aut manualibus uel ex originalibus huiusmodi in publicam formam redactos et redacta aut alias sub sigillis authenticis sigillatas et sigillata et sub talibus modo et forma, quod eisdem in Romana Curia et alibi in iudicio et extra ualeat et debeat fides plenaria adhiberi, nil addendo uel minuendo aut mutando, quod facti substantiam immutet aut variet intellectum, prefatis Dominis Abbati et Conuentui in Benedicteuereu principalibus aut eorum legitimo procuratori seu presencium exhibitori nobis seu alteri forsan loco nostri in causa seu causis huiusmodi interim surrogando Auditori ad Romanam Curiam deferendas et deferenda sine difficultate et contradictione quibuscunque coram uobis tradant libere et assignent ac extrahi et transsumi ac exemplaria eorumque signa, sigilla et manus Notariorum eorundem recognosci faciant, permittant et procurent, satisfacto primitus illi uel illis, cui uel quibus satisfaciendum fuerit, impendendo pro eorum laboribus et solario competentia. Si uero dicta iura et munimenta per quoscunque detineantur abscondita, detentores ipsos ad tradendum et habere scientes ad releuandum huiusmodi iura et munimenta per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compellatis.

Quod si forte premissa omnia et singula, prout ad uos et eos, ac uestrum et eorum quemlibet communiter uel diuisim pertinet, non adimpleneritis ac mandatis et monicionibus nostris huiusmodi ymo uerius apostolicis non parueritis seu paruerint cum effectu, aut aliquid in contrarium feceritis seu fecerint publice uel occulte, directe uel indirecte, nos in uos et eos, ac uestrum et eorum quemlibet, nec non contradictores quoslibet et rebelles coniunctim uel diuisim ex nunc prout ex tunc et ex tunc prout ex nunc singulariter in singulos dicta canonica monicione premissa excommunicationis, in Capitula uero et Collegia quecunque in hiis delinquencia suspen-

sionis a diuinis et in ipsorum delinquentium Ecclesias et Monasteria interdicti ecclesiastici sententias ferimus in hiis scriptis et etiam promulgamus, diem nero requisicionis et monicionis uestrarum huiusmodi atque formam et quanta fides dictis, actis, iuribus et monumentis fuerit adhibenda ac quidquid nobis occurrerit relacione dignum in premissis, nobis per uestras litteras patentes siue instrumentum publicum, harum seriem siue designacionem in se continentes siue continens remissis presentibus fideliter intimare curetis. Absolucionem nero omnium et singulorum, qui prefatas nostras sententias aut earum aliquam incurrerint siue iucurrerit quoquo modo, nobis nel Superiori nostro tantummodo reseruamus.

In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium premissorum presentes litteras compulsorias seu presens publicum instrumentum exinde fieri et per Notarium publicum nostrumque et huiusmodi cause coram nobis scribam infrascriptum subscribi et publicari mandauimus nostrique sigilli iussimus et fecimus appensione muniri.

Datum et actum Rome in refectorio Monasterii Beate Marie supra Mineruam pro loco audiencie causarum apostolice specialiter deputato, in quo iura reddi solent, nobis inibi mane hora audiencie causarum consueta ad iura reddendum et causas audiendum in loco nostro solito et consueto pro tribunali sedentibus, sub anno a Natiuitate Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo septimo, indictione quinta decima, die nero decima septima mensis Junii, Pontificatus prefati Sanctissimi Domini nostri Domini Pauli Pape secundi anno tercio. Presentibus ibidem discretis uiris Magistris Hermanno de Rede et Sanctio de Casa noua, Notariis publicis scribisque nostris, Clericis Monasteriensis et Olorensis Dioecesium, testibus ad premissa uocatis specialiter atque rogatis.

(Loc. signi) *Et quia ego Henricus Firsslar de Lebenstein, Clericus Maguntinensis Dioecesis, publicus Apostolica et Imperiali auctoritatibus Notarius, Reuerendique Patris Domini Bernardi Ronira Auditoris prenominati et huiusmodi cause coram eo scriba dictarum litterarum compulsariarum generalium petitioni et decreto omnibusque aliis et singulis premissis dum sic, ut premittitur, agerentur et fierent, vnacum prenomatis testibus presens interfui eaque sic fieri uidi et audiui, idcirco presens publicum instrumentum, per alium fideliter scriptum, exinde confeci, subscripsi et in hanc publicam formam redegi, signoque et nomine meis solitis et consuetis vnacum prefati Domini Auditoris sigilli appensione signaui, in*

*fidem et testimonium omnium et singulorum premisso-  
rum rogatus et requisitus* \*).

(L. S.)

## Beilage H.

Stephan Markfart, ernannter Pfarrvicar von Königs-  
dorf, appellirt gegen eine Sentenz der Rota Romana  
vom 24. May 1468, welche den freysingischen Domherrn  
Kaspar Schmidhauser in dem Besitze der Pfarrey Kö-  
nigsdorf zu schützen befahl.

23. Jan. 1473.

In nomine Domini Amen.

Praesentis publici instrumenti serie cunctis ipsum intuentes  
(*intuentibus*) pateat evidenter et sit notum, anno a Natiuitate Do-  
mini millesimo quadringentesimo septuagesimo tercio, indictione  
sexta, die vero Saturni, vigesima tertia mensis Ianuarii, hora prima  
vel quasi, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris et Domini nostri  
Domini Sixti divina providentia Papae quarti anno secundo, in mei  
Notarii publici testimonque infrascriptorum ad hoc specialiter vocato-  
rum et rogatorum praesentia personaliter constituens honorabilis at-  
que famosus vir Dominus Stephanus Markfart, Rector perpetuae  
Vicariae sancti Laurentii in Kumstorff, Frisingensis dioecesis, animo  
et intentione provocandi seu appellandi, quandam papyri schedulam,  
notam provocationis seu appellationis in se continentem, quam ma-  
nibus suis tenebat et in medium produxit, mihique assignavit, ac  
per me publice legi fecit et sibi apostolos sive litteras testimonia-  
les per me dictum Notarium dari petiit et postulavit, nec non  
alia fecit, prout in dicta provocationis seu appellationis schedula lim-  
pidius tenet, cuius tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis:

Cum appellatione (*appellationis*) remedium in oppresorum  
oppressive se timentium subsidium a sanctis Patribus salubri-  
ter sit adinventum, hinc est, quod coram vobis Notario pub-  
lico et testibus hic adstantibus fide dignis ego Stephanus  
Markfart, Rector perpetuae Vicariae ecclesiae sancti Laurentii  
in Kunigsdorff, Frisingensis Dioecesis, dico et propono:  
Licet nuper die Lunae, duodecima mensis Octobris, anno Do-  
mini millesimo quadringentesimo septuagesimo secundo, quon-

\*) Nach einer von dem Abte Amand von Benedictbeuern am 2. Juny 1794 zum kün-  
igl. geistlichen Rathe in München eingeschickten Abschrift.

dam Matthias Greiff extra Romanam Curiam et in partibus diem vitae suae clausit extremum, qui et perpetuae Vicariae sancti Laurentii in Kunigsdorff, Frisingensis Dioecesis, praefatae usque ad praedictum diem vitae suae extremum possessor extitit, sed quia Illustris Princeps Dominus Adalbertus Palatini Reni Comes Bavariaeque Dux etc. visis bullis, indultis et concessionibus, juribus et munimentis Domini mei gratiosi Abbatis Monasterii in Benediktenpeyren moderni Conventusque Monasterii eiusdem, Augustensis Dioecesis, quas et quae super collatione, provisione seu quavis alia dispositione ecclesiae sancti Laurentii in Kunigsdorff supradictae praefataeque Dioecesis Frisingensis habent et obtinent, ipseque Dominus Princeps supradictus receptis juribus et munimentis Abbatis, Conventus ac Monasterii praedictorum, ususque super his jurisperitorum consiliis informatisque per eodem, jus conferendi, prouidendi seu aliter disponendi dictae ecclesiae in Kunigsdorff cum universis et singulis juribus et pertinentiis suis ad dictos Abbatem et Conventum Monasterii supradicti pleno jure pertinere atque spectare, quo audito dictus Dominus Princeps Abbatem et Conventum praedictos cum juribus et munimentis huiusmodi manutenere velle spondit, insuper dictus Dominus Princeps dictis Abbati et Conventui Monasterii praetacti instanter supplicavit, quatenus mihi, praefato Stephano, Ecclesiam seu Vicariam perpetuam sancti Laurentii in Kunigsdorff praedictam cum universis et singulis juribus et pertinentiis suis assignarent atque conferrent, meque de eadem providerent, ipsique Abbas et Conventus Monasterii supradicti precibus huiusmodi favorabiliter annuentes mihi Stephano praefato Vicariam perpetuam ecclesiae sancti Laurentii in Kunigsdorff cum universis et singulis juribus et pertinentiis suis gratiose contulerunt, meque de eadem sicut praefertur providerunt nec non singula alia ad hoc quomodo libet necessaria et pertinentia fecerunt, prout in litteris collationis et provisionis desuper confectis liquidius constare dignoscitur, et licet collatio, provisio seu quavis alia dispositio per dictos Abbatem et Conventum sic ut praefertur mihi factae longe post supradicti Matthiae obitum, videlicet die Lunae, septima mensis Decembris anni praedicti factae pariter et actae existant, nihilominus tamen longe post collationem et provisionem sic ut praemittitur factas quidam praetensus Notarius mihi quasdam litteras praetensas executoriales per Reverendum Patrem Dominum Bernardum Rouira, sacri Palatii apostolici causarum Auditorem, ante plures annos transactos, videlicet anno millesimo quadringentesimo sexagesimo

octavo, die Lunae, vicesima tertia mensis Maji decretas et emanatas \*) pro parte cuiusdam Casparis Schmidhauser insinuare praetendebat ac insinuavit, juxta quarum quidem litterarum praetensarum executorialium tenorem, ut intelligo, praefatus Caspar Schmidhauser praesertim contra supradictum Mathiam Greiff, in dictis praetensis executorialibus litteris principaliter nominatum, ac saepedictae Vicariae in Kunigsdorff dum viveret Rectorem, certas sententias obtinuisse dicitur, praetendens sibi propterea quoddam jus ad dictam Vicariam perpetuam in Kunigsdorff competere. Cum autem ipsis Abbati et Conventui, collatoribus meis praedictis, ante praetacti Mathiae obitum, neque etiam ante collationem et provisionem praedictas nunc sicut praefertur factas de huiusmodi literis praetensis executorialibus sive jure praefati Casparis nihil penitus constitit neque alia insinuatione ipsis Abbati et Conventui collatoribus meis supradictis de praemissis facta fuerit, imo neque etiam jus praefati Casparis, si quod sibi competierit, in valvis ecclesiae Kunigsdorff alias ante collationem et provisionem praedictas publicatum fuerit, sed longe post dicti Mathiae obitum ac post collationem et provisionem mihi ut praefertur factas dictae praetensae litterae executoriales pro parte praelibati Casparis insinuatae fuerint, praetendens forsitan dictus praetensus Notarius per insinuationem huiusmodi, me in Vicaria perpetua ecclesiae Kunigsdorff saepedicta reputare pro intruso, meque mediante poenis et censuris in huiusmodi praetensis litteris contentis compellere, quatenus possessionem saepedictae ecclesiae in Kunigsdorff cederem ipsamque vacuam dimitterem, nec non alia in praefatis litteris praetensis contenta facerem et adimplerem. Cum autem supradictae praetensae litterae praesertim et specialiter in evictionem faciunt de praefato Mathia Greiff, ut et tanquam in Vicaria dicta perpetua intruso, ipse merito et potius fuisset vigore litterarum huiusmodi executorialium requisitus et mediantibus poenis et censuris in eisdem contentis ad cedendum possessionis praedictae eo adhuc vivente compulsus. Quod si ita factum fuisset, minime ad possessionem praedictae Vicariae perpetuae pervenire valuisset. Sed quia praefatus Mathias Greiff sic ut praefertur requisitus non extitit, neque litterae exauctoriales praedictae eidem dum viveret, neque etiam ipsis Abbati et Conventui praefatis ante collationem

---

\*) Diese Sentenz liegt nicht bey den Acten und fand sich auch im kgl. Reichsarchive nicht vor, obgleich sie in einem Repertorium über die Registratur des Domcapitels zu Freysing aufgeführt ist.

et provisionem praedictas insinuatae fuerunt, ideo minime intrusus vocor sive appellor, et quoniam praetensus huiusmodi processus in nullo penitus, neque in maximo neque in minimo, ad me seu personam meam se extendat, sed contra omnem justitiam me cum huiusmodi praetensis desertis et cassatis litteris executorialibus praetensus Notarius molestavit et molestat; sentiens igitur, me propter haec et alia suis loco et tempore latius in actis deducenda multipliciter gravatum esse, timensque, me in posterum plus gravari posse, ideo omnibus melioribus modo, via, jure, stilo, causa, forma et ordine, quibus possum et valeo, ab huiusmodi praetensarum litterarum insinuatione nec non omnibus aliis et singulis quibuscunque gravaminibus illatis et comminatis, ac ex praemissis quomodolibet colligibilibus causis et rationibus supradictis aliisque pluribus in actis causae deducendis, ad praefatum Sanctissimum in Christo Patrem et Dominum nostrum Dominum Papam eiusque sanctam Sedem apostolicam in his scriptis provoco et appello, atque apostolos primo, secundo, tertio instanter, instantius, instantissime, siquis sit, qui mihi eosdem dare valeat, possit et velit, et saltem a vobis Notario hic astante testimoniales mihi dari et concedi peto, subiciens me ac omnes mihi et huic meae appellationi adhaerentes et adhaerere volentes tuitioni, protectioni et defensionem dicti Domini nostri Sanctissimi et sanctae Sedis apostolicae, protestans denique, quod hanc meam appellationem insinuare, intimare et prosequi volo et intendo loco et tempore suis optimis. Requirens me (!) Notarium publicum, ut supra his unum vel plura publicum seu publica mihi conficiatur instrumentum seu instrumenta salvo jure addendi, immutandi, minuendi et corrigendi, quod protestor alias, prout moris est, juris atque stili. Lata itaque et interposita appellatione supradicta praelibatus Dominus appellans me Notarium publicum infrascriptum, quatenus sibi desuper unum vel plura publicum seu publica conficerem instrumentum seu instrumenta publica, requisivit.

Acta sunt haec in praefato Monasterio Benedictenpeyrn, in stuba abbatiali ibidem, anno, indictione, die, mense, hora et Pontificatu, quibus supra, praesentibus ibidem venerandis et famosis viris Dominis Georgio Gebhart in Weitham, Joanne Lang in Hagenhaim, ecclesiarum parochialium Augustensis Dioecesis Plebanis, Georgio Mayrhofer armigero et Joanne Toppler oppidano in Weitham, laicis litteratis dictae Dioecesis, testibus ad praemissa vocatis pariter et rogatis.

(L. sig.) *Et ego Sebastianus Weinhart de Sechring, Clericus*  
 (Not.) *Augustensis Dioecesis, publicus sacra Imperiali auctori*

*tate Notarius, praedictae appellationis interpositioni, provocationi omnibusque aliis et singulis praemissis, dum sic ut praemittitur agerentur, unacum praenominatis testibus praesens interfui, eaque omnia et singula sic fieri vidi et audivi. Idcirco hoc praesens publicum instrumentum per me fideliter scriptum exinde confeci, subscripsi, publicavi et in hanc formam publicam redegi, signoque, nomine et cognomine meis solitis et consuetis consignavi in fidem et testimonium omnium et singulorum praemissorum rogatus pariter et requisitus.*

### Beylage I.

Die Rota Romana entscheidet in der Streitsache des freysingischen Domherrn Kaspr. Schmidhauser, als Pfarrers von Königsdorf, gegen den eingedrungenen Pfarrer Mathias Greyff und dessen Nachfolger Stephan Markkfort.  
28. April 1473.

Jacobus de Mucciarelis de Bononia, utriusque juris Doctor., Basilicae Principis Apostolorum de Vrbe ac Bononensis Ecclesiae Canonicus, Domini nostri Papae Capellanus eiusque Camerarius, nec non Curiae causarum Camerae Apostolicae generalis Auditor.

Vniuersis et singulis Dominis Abbatibus, Prioribus, Praepositis, Decanis, Archidiaconis, Scholasticis, Cantoribus, Custodibus, Thesaurariis, Sacristis, Succentoribus, tam cathedralium quam collegiatarum Canonicis, parochialiumque Ecclesiarum Rectoribus seu loca tenentibus, eorundem Plebanis, Viceplebanis, Capellanis curatis et non curatis, Vicariis perpetuis, Altaristis, ceterisque Presbyteris, Ecclesiasticis, Notariis et Tabellionibus publicis per Ciuitatem et Dioecesim Frisingensem ac Domini nostri Papae cursoribus quibuscunque per Almam Urbem Romanamque Curiam et alias ubilibet constitutis, et eorum cuilibet in solidum, ad quem vel ad quos praesentes nostrae litterae peruenerint, Salutem in Domino, et praesentibus fidem indubiam adhibere, nostrisque huiusmodi imo verius dictae Curiae causarum Camerae apostolicae ac apostolicis firmiter obedire mandatis.

1. Noueritis quidem, dudum felicitis recordationis Dominus Paulus Papa secundus quandam commissionis siue supplicationis cedulam Reuerendo Patri Domino Nicolao de Vbaldis de Perusio, utriusque juris Doctori, Domini nostri Papae etiam Capellano et sui sacri Palatii Apostolici causarum Auditori, per certum suum cursorem praesentari fecit sub his verbis:

Dignetur Sanctitas vestra causam et causas, quam et quas



devotus Sanctitatis vestrae orator Caspar Sundhauser\*) decre-  
torum Doctor, Rector parochialis Ecclesiae in Königstorff  
Frisingensis Dioecesis, habet et movet, habereque et mouere  
vult et intendit contra quemdam Mathaeum Greiff\*\*) asser-  
tum Ecclesiasticum adversarium omnesque alios et singulos  
sua communiter vel diuisim interesse putantes de et super  
dicta parochiali Ecclesia rebusque aliis in actis causae latius  
deductis, et eorum occasione, alicui ex vestri sacri Palatii  
causarum Apostolici Auditoribus remittere, audiendi, cogno-  
scendi, decidendi, fineque debito terminandi cum omnibus et  
singulis suis emergentiis, incidentiis, dependentiis, annexis et  
connexis ac potestate, dictum Mathaeum adversarium omnes-  
que et singulos sua interesse putantes supradictos in Romana  
Curia, extra eam et in partibus, totiens quotiens opus fuerit,  
citandi et inhibendi, constitutionibus et ordinationibus aposto-  
licis, stilo Palatii aliisque in contrarium facientibus non ob-  
stantibus quibuscunque.

Quae quidem commissio in ejus fine sic extitit signata: *De  
mandato Domini nostri Papae audiat Magister Nicolaus, citet  
ut petitur, et iustitiam faciat.*

2. Cuius quidem commissionis vigore praefatus Dominus Ni-  
colaus Auditor in causa huiusmodi coram eo in Romana Curia legi-  
time introducta, ac inter partes in eadem commissione ac infra  
descriptas seu verius eorum legitimos procuratores rite et legitime  
procedens, seruatis seruandis et cognitis eius meritis, suam in scrip-  
tis tulit et promulgavit diffinitiuam sententiam in hunc modum:

Christi nomine inuocato pro tribunali sedentes et solum Deum  
prae oculis habentes per hanc nostram diffinitiuam senten-  
tiam, quam de Dominorum Coauditorum nostrorum consilio  
et assensu ferimus, in his scriptis pronuntiamus, decernimus  
et declaramus, gratiam siue mandatum apostolicum de confe-  
rendo in forma sententiarum venerabili viro Domino Casparo  
Sundhauser parochialem Ecclesiam in Königstorff Frisingen-  
sis dioecesis eidem Domino Casparo per Sanctissimum in

---

\*) Kaspar Schmidhauser oder Schmidhauser (nicht Sundhauser) war Domherr in Freising seit d. J. 1465, wurde 1479 Propst zu St. Peter in Madron und 1483 bischöflich-freisingischer Generalvicar. Er starb den 26. Juny 1485. S. (Bugniet's) Reihent. freising. Suffraganbischöfe und Generalvicarien etc. S. 77 u. 78.

\*\*) Greiff (sein Taufname war Mathias, nicht Matthäus) hat die Pfarrey Königstorff, welche bayerischer Seits immer als eine Monathfarrey behauptet werden wollte, wahr-  
scheinlich in Folge landesherrlicher Nomination erhalten. Er war auch Beneficiat bey  
Altenhof in München, und starb den 12. Oct. 1472. Nach seinem Tode suchte sich  
Steph. Markhart als Pfarrvicar von Königstorff zu behaupten, mußte aber seinem  
Gegner weichen.

Christo Patrem ac Dominum nostrum Dominum Paulum divina providentia Papam secundum . . . . . fu-  
 isse et esse canonica, suumque canonicum debuisse et debere  
 sortiri effectum, dictamque parochialem Ecclesiam dicto Do-  
 mino Casparo fuisse et esse debitam, sibi que illam cum om-  
 nibus juribus et pertinentiis suis conferendam, assignandam  
 et adiudicandam fore, ac conferimus, assignamus et adiu-  
 dicamus, nec non cuidam Mathiae Greiff in huiusmodi  
 causa aduersario in et ad dictam parochialem Ecclesiam nul-  
 lum jus competiisse neque competere, ipsumque Mathaeum ad-  
 uersarium ab occupatione et detentione dictae parochialis Ec-  
 clesiae iuriumque et pertinentiarum eiusdem tollendum et  
 et amouendum fore, ac tollimus et amouemus, nec non prae-  
 fatum Dominum Casparum in et ad corporalem, realem et ac-  
 tualem possessionem seu quasi parochialis Ecclesiae iuriumque  
 et pertinentiarum praedictorum ponendum et inducendum fore,  
 ac ponimus et inducimus, oppositionemque, molestationem,  
 vexationem, perturbationem, inquietationem, intrusionem, oc-  
 cupationem, detentionem et impedimenta eidem Domino Cas-  
 paro per dictum Mathaeum aduersarium de et super dicta pa-  
 rochiali Ecclesia et eius occasione facta et praestita fuisse et  
 esse temeraria, illicita, indebita et iniusta ac de facto prae-  
 sumpta, ipsique Mathaeo aduersario super illis ac parochiali  
 Ecclesia huiusmodi perpetuum silentium imponendum fore et  
 imponimus, nec non eundem Mathaeum aduersarium in fruc-  
 tibus ex dicta parochiali Ecclesia a tempore motae litis hu-  
 iusmodi citra perceptis ac expensis pro parte dicti Domini  
 Caspari factis condemnandum fore et condemnamus, quarum  
 expensarum taxationem nobis imposterum reseruamus.

3. A qua quidem diffinitiuam sententiam pro parte dicti Mathaei  
 Greiff ex aduerso principalis ad praefatum quondam Dominum Pau-  
 lum Papam eiusque sanctam Sedem apostolicam in scriptis provo-  
 cato et appellato, apostolisque petitis et obtentis, idem quondam  
 Dominus Paulus Papa quondam commissionis siue supplicationis  
 cedula Reuerendo Patri Domino Joanni Francisco de Pauinis, sa-  
 crae Theologiae ac vtriusque juris Doctori, similiter Domini  
 nostri Papae Capellano et dicti Palatii apostolici causarum Auditori,  
 per quemdam suum cursorem praesentari fecit tenoris subsequentis:

Dignetur Sanctitas vestra causam et causas appellationis et  
 appellationum pro parte eiusdem Mathaei Greiff a diffinitiuam  
 sententiam per Rerendum Patrem Dominum Nicolaum de Vbal-  
 dis, vestri sacri Palatii causarum Auditorem, in causa, quae  
 coram eo in prima vertebatur instantia inter deuotum virum  
 Casparum Sundhauser actorem ex vna et praefatum Mathaeum

reum et detentorem de et super parochiali Ecclesia in Königstorff Frisingensis Dioecesis, et eius occasione partibus ex altera pro dicto Casparo et contra praefatum Mathaeum lata et promulgata, ad Sanctitatem vestram sanctamque Sedem apostolicam, ut dicitur, interpositae et interpositarum nullitatisque et desertionis praeinsertae appellationis huiusmodi unacum toto negotio principali alicui alteri ex Reverendis Dominis dicti Palatii causarum Auditoribus committere audiendi, cognoscendi, decidendi et fine debito terminandi cum omnibus et singulis suis emergentiis, incidentiis, dependentiis et connexis.

Cui quidem commissioni subscripta annexa fuit signatura:  
*Audiat Magister Joannes Franciscus et iustitiam faciat.*

4. Praetextu namque commissionis huiusmodi praelibatus Dominus Joannes Franciscus Auditor, in causa et causis huiusmodi etiam rite procedens, servatisque servandis et cognitis earum meritis, suam in scriptis tulit praeinsertae suae confirmatoriam diffinitivam sententiam in hunc, qui sequitur, modum:

Christi nomine inuocato pro tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, per hanc nostram diffinitivam sententiam, quam de Dominorum Coauditorum nostrorum consilio et assensu ferimus, in his scriptis pronuntiamus, decernimus et declaramus, per Reuerendum Patrem Dominum Nicolaum de Vbaldis Coauditorem nostrum in huiusmodi causa, quae tunc coram eo in prima vertebatur, et nunc coram Nobis in secunda vertitur instantiis inter venerabilem virum Dominum Casparum Sundhauser actorem ex una, et quemdam Mathaeum Greiff reum et detentorem de et super parochiali Ecclesia in Königstorff Frisingensis Dioecesis, et eius occasione partibus ex altera, bene fuisse et esse processum, finitum et diffinitum ipsiusque Domini Nicolai Coauditoris nostri diffinitivam sententiam confirmandam fore et confirmamus, nec non pro parte dicti Mathiae adversarii ab eodem Domino Nicolao Coauditore nostro eiusque diffinitiva sententia huiusmodi male fuisse et esse prouocatum et appellatum, ac eundem Mathiam adversarium in expensis pro parte dicti Domini Caspari coram Nobis propterea factis ac fructibus per dictum Mathiam ex dicta parochiali Ecclesia a tempore latae sententiae praedictae citra perceptis condemnandum fore et condemnamus, quarum expensarum taxationem Nobis imposterum reseruamus.

5. Postquam autem ab huiusmodi sententia diffinitiva pro parte eiusdem Mathiae Greiff ex aduerso principalis ad praefatum quondam Dominum Paulum Papam eiusque Sedem apostolicam in scrip-

tis prouocatum et appellatum, apostolique petiti et obtenti existent, idem quondam Dominus Paulus Papa quandam commissionis siue supplicationis cedulam bonae memoriae Domino Bernardo Ponira (*Ronira*), decretorum Doctori, Domini nostri Domini Papae Capellano et ipsius sacri Palatii apostolici causarum Auditori per unum ex praelibatis cursoribus praesentari fecit huiusmodi sub tenore:

Dignetur Sanctitas vestra causam et causas appellationis et appellationum pro parte cuiusdam Mathiae Greiff a diffinitiuâ sententia alterius diffinitiuâ per Reuerendum Patrem Dominum Nicolaum de Vbaldis, vestri sacri Palatii causarum apostolici Auditorem, latae confirmatoria per Reuerendum Patrem Dominum Joannem Franciscum eiusdem Palatii causarum Auditorem in causa, quae coram eisdem Dominis Nicolao de Vbaldis in prima, et coram Joanne Francisco in secunda vertebatur instantiis inter deuotum Casparum Sundhauser actorem ex vna et praefatum Mathiam Greiff reum et detentorem de et super parochiali Ecclesia in Königstorff Frisingensis Diocesis et eius occasione partibus ex altera, pro dicto Casparo et contra praefatum Mathiam lata et promulgata ad Sanctitatem vestram sanctamque Sedem apostolicam, ut dicitur, interpositae et interpositarum, nullitatisque et desertionis praeinsertae appellationis huiusmodi unacum toto negotio principali alicui alteri ex Reuerendis Patribus Dominis dicti Palatii causarum Auditoribus committere audiendi, cognoscendi, decidendi et fine debito terminandi cum omnibus et singulis suis emergent., incident., dependent. et connexis.

Et sequebatur in fine dictae commissionis haec signatura, scilicet: *Audiat Magister Bernardus Ponira et iustitiam faciat.*

6. Commissionis quidem huiusmodi virtute dictus quondam Dominus Bernardus Auditor, in causa et causis huiusmodi ac inter partes supra et infra scriptas similiter rite procedens, seruatis seruandis et cognitis earum meritis, suam proximae dictae sententiae in scriptis tulit et promulgauit confirmatoriam diffinitiuam sententiam hoc modo:

Christi nomine inuocato pro tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, per hanc nostram diffinitiuam sententiam, quam de Dominorum Coauditorum nostrorum consilio et assensu ferimus, in his scriptis pronuntiamus, decernimus et declaramus, per Reuerendum Patrem Dominum Joannem Franciscum Coauditorem nostrum in huiusmodi causa, quae coram eo in secunda vertebatur, et nunc coram Nobis in tertia vertitur instantiis inter venerabilem virum Dominum Casparum Sundhauser actorem ex vna et quemdam Mathiam

Greiff reum et detentorem de et super parochiali Ecclesia in Königstorff Frisingensis Dioecesis et eius occasione partibus ex altera, bene fuisse et esse processum, finitum et diffinitum, ipsiusque Domini Joannis Francisci Coauditoris nostri diffinitivam sententiam confirmandam fore et confirmamus, nec non pro parte dicti Mathiae aduersarii ab eodem Domino Joanne Francisco Coauditore nostro eiusque diffinitiva sententia huiusmodi male fuisse et esse prouocatum et appellatum, ac eundem Mathiam aduersarium in fructibus ex dicta parochiali Ecclesia a tempore latae sententiae praedictae citra perceptis ac expensis pro parte dicti Domini Caspari coram Nobis propterea factis condemnandum fore et condemnamus, quarum expensarum taxationem Nobis imposterum reseruamus.

7. Post cuius quidem diffinitivae sententiae prolationem per praefatum quondam Dominum Bernardum Auditorem factam quaedam alia commissionis siue supplicationis cedula ex parte Domini nostri Papae sibi per unum ex auditoribus (!) suis cursoribus praesentata fuit, tenorem in se, qui sequitur, continens :

Beatissime Pater, lite pendente in prima instantia coram Reuerendo Patre Domino Nicolao de Vbaldis, vestri sacri Palatii causarum Auditore, inter deuotum virum Casparum Sundhauser, Canonicum Ecclesiae Frisingensis, actorem ex vna, et quendam Mathiam Greiff reum et detentorem de et super parochiali Ecclesia in Königstorff Frisingensis Dioecesis et eius occasione partibus ex altera, idem Dominus Nicolaus Auditor rite et legitime procedens seruatis seruandis diffinitivam adiudicatoriam cum fructuum et expensarum condemnatione pro dicto Casparo et contra praefatum Mathiam tulit et promulgauit sententiam, quae per duas alias diffinitivas sententias etiam cum expensarum et fructuum condemnatione latas, quarum ultimam Reuerendus Pater Dominus Bernardus Ponira, dicti Palatii apostolici causarum Auditor, promulgauit, extitit confirmata. Cum autem per se parum prodesset, sententias ferre, nisi etiam debitae demandarentur executioni, pro tanto dignetur Sanctitas vestra, praefato Domino Berardo Auditori, penes quem seu eius Notarium acta siue registratura praedictae causae existunt, committere et mandare, ut omnes et singulas expensas, in quibus dictus Mathias similiter, ut praefertur, condemnatus extitit, taxet et moderet, dictasque diffinitivas sententias et expensarum condemnationes siue taxationes huiusmodi contra dictum Mathiam omnesque alios et singulos in dicta Ecclesia forsitan intrusos et intrudendos, aut sua quomodolibet interesse putantes per censuras ecclesiasticas et alia juris remedia debite exe-

quatur, et cum potestate, censuras huiusmodi aggravandi etc. et auxilium brachii saecularis, quatenus opus fuerit, inuocandi, litterasque siue processus desuper necessarios suo sub sigillo decernendi, suaque faciendi et fieri demandandi in talibus, et circa ea necessaria seu quaelibet opportuna, constitutionibus et ordinationibus apostolicis, illa praesertim, qua cauetur, quod processus et litterae huiusmodi non nisi sub bulla expediantur, ceterisque in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque.

8. In fine vero dictae commissionis siue supplicationis cedulae scripta erant de alterius manu littera, superiori litterae ipsius cedulae penitus et omnino dissimili et diversa, haec verba, videlicet: *De mandato Domini nostri Papae taxet et exequatur idem Auditor, ut petitur, aggravet etc., etiam cum invocatione, si et prout de jure, et iustitiam faciat.*

9. Huiusmodi siquidem vltimae commissionis vigore praelibatus quondam Dominus Bernardus Ponira Auditor, in causa et negotio executionis huiusmodi procedere intendens, ad prouidi viri Magistri Michaelis Molner, in Romana Curia causarum et venerabilis viri Domini Caspari Sundhauser principalis in praesertis commissionibus et diffinitiuis sententiis principaliter nominati procuratoris, instantiam, prouidum virum Magistrum Andream Ezwenperger, in eadem Romana Curia etiam causarum et cuiusdam Mathaei Greiff ex aduerso principalis in praetactis commissionibus et sententiis ex aduerso principaliter nominati procuratoris, de quorum hinc inde procuratorum procurationum mandatis in et ex actis causae huiusmodi legitimis constabat documentis, ad dicendum et excipiendum, quidquid verbo vel in scriptis contra iam dictam vltimam praesertam commissionem dicere siue excipere volebat, nec non videndi et audiendi omnes et singulas expensas pro parte eiusdem Domini Caspari Sundhauser principalis in praesenti causa factas, et in quibus praedictus Mathaeus Greiff ex aduerso principalis similiter, ut praemittitur, extitit condemnatus, taxari et moderari, ipsasque diffinitivas sententias et expensarum taxationem exequi et executionem debite demandari ac litteras siue processus executionales desuper opportunas et in forma debita et consueta decerni et concedendi et dicendi et causam, si quam habebat rationabilem, quare praemissa minime fieri debeant, allegandi, per unum ex praedictis cursoribus citari mandavit et fecit ad certos peremptorios terminos competentes cum dierum competentibus intervallis. In quibus quidem terminis successive occurrentibus (*per*) praefatum Magistrum Michaellem Molner procuratorem, quo supra nomine procuratorio, coram dicto quondam Domino Bernardo Auditore iudicialiter competentem, praelibati Magistri Auditoris Ezwenperger ex aduerso procu-

ratoris non comparentis contumacia accusata, ipsoque pro contumace reputari postulato ac eodem tunc merito pro contumace per dictum quondam Dominum Bernardum Auditorem reputato et in eius contumaciam omnibus et singulis expensis antedictis ad septuaginta unum florenos auri de camera boni et iusti ponderis prouida moderatione praeuia taxatis litterisque siue processibus executorialibus, per quos inter alia idem quondam Dominus Bernardus Auditor dictum Mathaeum Greiff ex aduerso principalem ac tunc intrusum forsam seu intrudendum, quatenus infra dictos tunc expressos futuros terminos congruentes, nunc vero dudum effluxos, dicto Domino Casparo Sundhauser principali vel procuratori suo legitimo pro eo dictam parochialem Ecclesiam in Königstorff Erisingensis Dioecesis, super qua in praesenti causa agitur, seu eius possessionem vacuam, liberam et expeditam dimitteret, nec de illa se aliqualiter intromitteret, ac ipse Mathaeus ex aduerso principalis dicto Domino Casparo Sundhauser principali vel procuratori suo praefato de fructibus per ipsum Mathaeum Greiff ex aduerso principalem ex dicta parochiali Ecclesia a tempore motae litis huiusmodi citra perceptis, nec non de dictis septuaginta vnum (!) florenis auri de camera ratione expensarum praedictarum ut praefertur taxatarum, et quatuor aliis florenis similibus pro dictarum litterarum siue processuum executorialium expeditione expositis, et per dictum quondam Dominum Bernardum Auditorem ad totidem similiter taxatis, debitam, plenam et integram satisfactionem et solutionem impenderet, aliisque eisdem litteris siue processibus executorialibus cum effectu dictus Mathaeus ex aduerso principalis ac ceteri tunc intrusi seu forsam intrudendi parerent et obtemperarent, sub excommunicatione et aliis sententiis, censuris ac poenis ecclesiasticis in illis contentis monuit et requisivit, monerique et requiri voluit ac mandauit, iuxta et secundum dictae ultimae praeinsertae commissionis vim, formam et continentiam decreti et concessionis (*decretis et concessis?*); -- ac interim praefato quondam Paulo Papa secundo, sicut Altissimo placuit, ab hac luce sublato, Sanctissimoque in Christo Patre et Domino nostro Domino Sixto Divina providentia Papa quarto ad summum Apostolatus apicem assumpto, dictisque litteris siue processibus executorialibus unacum earum executione contra et aduersus quosdam Wilhelmum Abbatem Monasterii in Benedictumpeurn Augustensis Dioecesis et Stephanum Markfort\*) in dicta parochiali Ecclesia in Königstorff post obitum dicti quondam Mathaei

\*) Pfarrer Mathias Greiff war bereits am 12. Oct. 1472 mit Tod abgegangen (S. oben S. 187). Er war auch Beneficiat bey Altenhof in München gewesen, wo ihm laut vorliegender Investitursurkunde schon am 16. Oct. 1472 Mich. Raymair (Rahmair?) folgte.

Greiff ex aduerso principales respective intrusos, in partibus legitime factis, coram Nobis tanquam iudice ordinario super sententiis in Romana Curia latis exequendis pro parte dicti Domini Caspari Sundhauser principalis facto et in scriptis reproductis ac certis positionibus et articulis super intrusione huiusmodi pro parte eiusdem Domini Caspari Sundhauser principalis dictis et exhibitis, ac nonnullis testibus fide dignis pro ipsorum articulorum probatione coram Nobis productis et in forma iuris iurato et diligenter examinatis, Nos ad prouidi viri Magistri Henrici Bolberiz, in Romana Curia praedicta causarum et praelibati Domini Caspari Sundhauser principalis procuratoris, de eius procuracionis mandato in actis causae huiusmodi legitime dinoscitur constare prout constat documentis, instantiam, antedictos Wilhelmum Abbatem Monasterii in Benedictumpeurn, Augustensis Dioecesis, et Stephanum Markfort in dicta parochiali Ecclesia sancti Laurentii in Königstorff Frisingensis Dioecesis intrusos, omnesque alios et singulos sua communiter vel diuissimi interesse putantes eorumque procuratores, si qui erant in Romana Curia, pro eisdem addicendum et excipiendum, quidquid verbo vel in scriptis contra litteras executoriales et earum executionem huiusmodi dicere siue excipere volebant, per audientiam publicam litterarum contradictarum Domini nostri Papae citari fecimus ad certum peremptorium terminum competentem.

10. Quo occurrente, comparente iudicialiter coram Nobis praelibato Magistro Henrico Bolberiz procuratore, quo prius nomine procuratorio, et praedictorum citatorum in certa citatione, in ipsa audientia publica rite executi et per ipsum in scriptis reportata, contentorum non comparentium contumaciam accusante ipsosque contumaces reputari postulante, Nos eosdem citatos non comparentes deputauimus merito, prout erant, id exigente iustitia contumaces, et in eorum contumaciam, cum dicti Wilhelmus Abbas et Stephanus Markfort intrusi praetactis litteris executorialibus parere minime curarent, neque nos de partitione siue ratificari . . . , ad praenominati Magistri Henrici Bolberiz procuratoris petitionem iam dictos citatos ad docendum et fidem debitam faciendam, se praedictis litteris siue processibus executorialibus realiter et cum effectu paruissse, obediussse et obtemperasse, primo simpliciter, ac secundo ad idem et tertio similiter ad idem, nec non quarto ex superabundanti ad omnem eorum malitiam convincendam per audientiam publicam antedictam citari mandauimus ad quatuor distinctos terminos conuenientes cum dierum congruis intervallis.

11. Quibus quidem terminis successiue aduenientibus comparens iudicialiter coram Nobis memoratus Magister Henricus Bolberiz procurator, praedicto nomine procuratorio, dictorum citatorum in quibusdam citationum cedulis, in praetacta audientia debite execu-



tis, et per eundem Magistrum Henricum Bolberiz procuratorem consimiliter in scriptis reputatis, contentorum non comparentium contumaciam accusavit, ipsosque contumaces reputari per Nos instantanter postulavit. Nos tunc eosdem citatos non comparentes reputavimus non immerito in singulis terminis huiusmodi cum dictamine iustitiae contumaces, et in eorum contumaciam, ad ulteriorem praenominati Magistri Henrici Bolberiz procuratoris instantiam, eosdem citatos ulterius ad concludendum et concludi videndum, quatenus opus esset, nec non ad audiendum in scriptis fieri et promulgari in hac causa . . . . . dicendi et causandi, si quam habebant rationabilem, quare praemissa fieri non debebant, allegandi, per dictam audientiam publicam citari fecimus et mandavimus ad diem videlicet et horam inferius annotatos, dataque interim coram Nobis per praefatum Magistrum Henricum Bolberiz procuratorem, quo supra nomine procuratorio, facto et in scriptis quadam petitionis papiri cedula:

Petit procurator, (et eo?) nomine venerabilis viri Domini Caspari Sundhauser Canonici Frisingensis partis, sive (partis suae?), per vos Reuerendum Patrem Dominum Jacobum de Mucciarellis, Curiae causarum Camerae Apostolicae generalem Auditorem praefatum, vestramque sententiam seu ordinationem in scriptis pronuntiari, decerni et declarari, quosdam Wilhelmum Abbatem Monasterii in Benedictpeurn, Augustensis Dioecesis, et Stephanum Markfort assertum Ecclesiasticum, in parochiali Ecclesia in Königstorff dictae Frising. Dioecesis respective intrusos adversarios, excommunicationem maiorem aliasque sententias, censuras et poenas ecclesiasticas in litteris executorialibus per bonae memoriae Bernardum Bonira olim Auditorem Rotae in huiusmodi causa, quae alias coram praelibato quondam Bernardo Bonira inter quondam Mathiam Greiff aduersarium tunc reum et intrusum ex vna, et venerabilem virum Dominum Casparum Sundhauser, Canonicum Frisingensem, actorem de et super parochiali ecclesia praedicta et illius occasione partibus ex altera, in tertia vertebatur instantia, ad instantiam praefati Domini Caspari et contra dictum quondam Mathiam decretis contentas ob et propter earundem litterarum executorialium non paritionem damnabiliter incidisse et incurrisse declarandos fore et per vos declarari, ipsosque Wilhelmum Abbatem et Stephanum Markfort praedictos aduersarios pro excommunicatis declaratis denunciandos et publicandos, ac per alios in locis publicis denunciari, publicari et ut tales ab omnibus Christi fidelibus acrius euitari mandandos fore, atque per vos denunciari et publicari, denunciarique et publicari ac euitari mandari, litterasque vestras

declaratorias et denuntiatorias desuper necessarias et opportunas vestro sub sigillo decernendas et concedendas fore, atque per vos decerni et concedi, nec non eosdem **Wilhelmum** Abbatem et **Stephanum** Marckfort antedictos aduersarios tam coniunctim quam diuisim in expensas propterea pro parte antedicti **Domini Caspari** in huiusmodi causa legitime factas condemnandos fore et per vos condemnari, de fiendis autem expensis procurator, quo supra nomine, expresse protestatur, aliisque inde et super praemissis breue iustitiae complementum sibi per vos administrari. Praemissa vero omnia et singula tam coniunctim quam diuisim petit procurator, quo supra nomine, omnibus melioribus modo, via, jure, causa et forma, quibus melius potest et debet, vestrum benignum officium in praemissis humiliter implorando, saluo iure corrigendi etc. et protestatur prout etc.

eadem dicta die et hora aduenientibus comparuit in iudicio coram Nobis praefatus **Magister Henricus Bolberiz** procurator, quo prius nomine procuratorio, praenominatorum citatorum in quadam citatione, in iam dicta audientia iuxta illius ritum debite exercita et per ipsum **Magistrum Henericum Bolberiz** procuratorem ibidem etiam in scriptis reproducta, contentorum non comparentium contumaciam accusans, illosque contumaces reputari et in eorum contumaciam, quantum in eo fuit et erat, in causa huiusmodi sponte concludens secumque concludi et pro concluso haberi, nec non declaratoriam iuxta et secundum praecursorae petitionis suae formam et contumaciam pro se et dicta parte sua in scriptis ferri et promulgari sententiam per Nos debita cum instantia postulans.

12. Nos tunc eosdem citatos non comparentes reputauimus merito in termino huiusmodi id petente iustitia contumaces, et in eorum contumaciam unacum praelibato **Magistro Henrico Bolberiz** procuratore concludente et secum concludi petente duximus in causa praesenti, quatenus opus erat, more solito concludendi et conclusimus, habuimusque et haberi voluimus in eadem pro concluso, nec non visis per nos primitus et diligenter inspectis omnibus et singulis actis, actitatis, litteris, scripturis, instrumentis, iuribus et incidentiis in causa huiusmodi habitis, factis et productis, illisque cum diligentia et maturitate debita recensitis, de jurisperitorum consilio et assensu, quibus de ipsius causae meritis relationem plenariam fecimus et fidelem, praehabitaque inter eos et nos super praemissis deliberatione matura, ad nostram in huiusmodi causa ferendam et in scriptis promulgandam sententiam procedendum duximus et processimus, eamque ex his et per ea, quae vidimus et cognouimus, atque nunc videmus et cognoscimus, in scriptis tulimus et promulgauimus praesentibusque ferimus et promulgamus in hunc modum:

De jurisperitorum consilio per hanc nostram sententiam seu ordinationem, quam pro tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes ferimus in his scriptis, pronuntiamus, decernimus et declaramus, quosdam Wilhelmum Abbatem Monasterii in Benedictpeurn, Augustensis dioecesis, et Stephanum Marckhfort assertum ecclesiasticum in parochiali Ecclesia in Königstorff, Frisingensis dioecesis, respectiue intrusos aduersarios excommunicationem maiorem aliasque sententias, censuras et poenas ecclesiasticas in litteris executorialibus per bonae memoriae Bernardum Bonira olim auditorem Rotae in huiusmodi causa, quae alias coram praelibato quondam Bernardo Bonira inter quondam Mathiam Greiff aduersarium tunc reum et intrusum ex vna, et venerabilem virum Dominum Casparum Sundhauser Canonicum Frisingensem actorem de et super parochiali Ecclesia praedicta et illius occasione partibus ex altera, in tertia vertebatur instantia, ad instantiam praefati Domini Caspari et contra dictum quondam Mathiam decretis contentas, ob et propter earundem litterarum executorialium non partitionem damnabiliter incidisse et incurrisse declarandos fore et declaramus, ipsosque Wilhelmum Abbatem et Stephanum Markhfort praedictos aduersarios pro excommunicatis declaratis denuntiandos et publicandos, ac per alios in locis publicis denuntiari, publicari et ut tales ab omnibus Christi fidelibus acrius euitari mandandos fore, atque denuntiamus et publicamus, denuntiarique ac publicari (et) euitari mandamus, litterasque nostras declaratorias et denuntiatorias desuper necessarias et opportunas nostro sub sigillo decernendas et concedendas fore, atque decernimus et concedimus, nec non eosdem Wilhelmum Abbatem et Stephanum Markfort antedictos aduersarios tam coniunctim quam diuisim in expensas propterea pro parte antedicti Domini Caspari in huiusmodi causa legitime factas condemnandos fore et condemnamus, quarum expensarum taxationem nobis imposterum reseruamus. Ita pronuntiaui Ego Jacobus de Mucciarellis Auditor Camerae manu propria.

13. Quae omnia et singula praemissa ac praesertim nostram declaratoriam sententiam et in ea contenta vobis omnibus et singulis supradictis, quibus praesentes nostrae litterae diriguntur, auctoritate praedicta intimamus, insinuamus et notificamus, ac ad vestram et cuiuslibet vestrum notitiam deducimus et deduci volumus per praesentes, vosque nihilominus et vestrum quemlibet insolidum eadem auctoritate tenore praesentium requirimus et monemus, primo, secundo, tertio et peremptorie, ac vobis et vestrum cuiuslibet insolidum in virtute sanctae obedientiae et sub excommunicationis poena, quam

in vos et vestrum quemlibet canonica monitione praemissa ferimus in his scriptis, nisi feceritis, quae committimus et mandamus, districte praecipientes mandamus, quatenus ad statum visis praesentibus et postquam pro parte supradicti Domini Caspari Sundhauser principalis super hoc vigore praesentium fueritis requisiti, seu alter vestrum fuerit requisitus, ita tamen quidem (!) in litteris exequendis unus vestrum alterum non exspectet, nec alter pro alio se excuset, praefatos Wilhelmum Abbatem et Stephanum Markfort ex aduerso principales sicut praemittitur per nos finaliter excommunicatos ac poenas, sententias et censuras ecclesiasticas in antedictis litteris siue processibus executorialibus contentas incidisse et incurrisse declaratos, singulis diebus dominicis et festiuis in vestris ecclesiis, monasteriis et capellis, dum ibidem populi multitudo ad diuina audienda conuenerit seu alias congregata fuerit, ac alias, ubi, dum, quando et quotiens expedierit, publice denuntietis, tenseatis et teneatis, ac alias sic denuntiari, censi, reputari et teneri faciatis, permittatis et procuretis, ab omni etiam denuntiatione non cessando, donec et quousque dicti Wilhelmus Abbas et Stephanus Markfort ex aduerso principales excommunicati et declarati saepe dictis litteris siue processibus executorialibus realiter et cum effectu paruerint, ac absolutionis beneficium a sententiis, censuris et poenis praedictis a Nobis vel superiori nostro meruerint obtinere, aliudque a Nobis, vel eodem superiori desuper receperetis in mandatis. Absolutionem uero omnium et singulorum, qui praefatas sententias vel earum aliquam incurrerint seu incurrerit quoquomodo, Nobis vel dicto superiori nostro tantummodo reseruamus.

In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium praemisorum praesentes litteras siue praesens publicum instrumentum huiusmodi, nostram declaratoriam sententiam in se continentes siue continens, exinde fieri et per Notarium publicum dictaeque Curiae Causarum Camerae apostolicae et huiusmodi causae coram Nobis scribam infra-scriptum subscribi et publicari mandauimus, sigillique eiusdem Curiae, quo utimur, iussimus et fecimus appensione communi.

14. Lecta, lata et in scriptis promulgata fuit praeinserta declaratoria sententia per Nos Jacobum de Mucciarellis Auditorem Camerae et executorem supradictum Romae apud sanctum Petrum in palatio causarum apostolico, in quo iura reddi solent, Nobis inibi mane hora audientiae causarum consueta ad iura reddendum et causas audiendas in loco nostro solito et consueto pro tribunali sedentibus sub anno a natiuitate Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo tertio, indictione sexta, die vero Mercurii, vigesima octaua mensis Aprilis, Pontificatus praefati sanctissimi Domini nostri Domini Sixti diuina prouidentia Papae quarti anno secundo, praesentibus ibidem discretis uiris magistris Cincio de Viterbio, Laurentio Venari, Bartho-

Iomaeo et Joanne de Piscia, praedictae Curiae causarum Camerae apostolicae Notariis et Scribis, testibus ad praemissa vocatis specialiter et rogatis,

(L. sig.) *Et ego Vestentes Bartholomaei de Wüterris, publicus*  
 (Not.) *Imperiali auctoritate nec non Curiae causarum Camerae apostolicae Notarius. Quia praeinsertae sententiae declaratoriae publicationi, declarationi, promulgationi omnibusque aliis et singulis, dum sicut praemittitur agerentur et fierent, unacum praenominatis testibus praesens interfui eaque sic fieri vidi et audiui, idcirco hoc praesens publicum instrumentum per alium, me aliis occupato negotiis, fideliter scriptum exinde confeci et in hanc publicam formam redegi, signoque et nomine meis solitis et consuetis signavi, unacum dictae Curiae causarum Camerae apostolicae sigilli appensione. Rogatus et requisitus in fidem et testimonium praemissorum subscripsi et publicavi, nomenque meum et signum apposui consuetum.*

15. *Inscriptio ab extra: Hic auctoritate Apostolica denuntiantur excommunicati Dominus Wilhelmus Abbas in Benedictpeurn, ordinis s. Benedicti, Augustensis Dioecesis, et quidam Stephanus Markfort, assertus Presbyter, in parochiali Ecclesia s. Laurentii in Königstorff Frisingensis Dioecesis respectiue intrusi, ob non paritionem litterarum executorialium, ad instantiam venerabilis et egregii decretorum Doctoris Domini Caspari Sundhauser Canonici Frisingensis dictae Ecclesiae Rectoris decretarum.*

\* \* \*

16. *In Nomine Domini. Amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo quadringentesimo septuagesimo tertio, indictione sexta, die vero Jouis, decima septima, quae erat festum corporis Christi, mensis Junii, Pontificatus sanctissimi in Christo Patris et Domini nostri Domini Sixti divina providentia Papae quarti anno secundo. Ego Andreas Fuchs, Notarius publicus subscriptus, pro parte venerabilis et egregii decretorum Doctoris Domini Caspari Sundhauser, Canonici Frisingensis ac parochialis ecclesiae sancti Laurentii in Königstorff Frisingensis Dioecesis Rectoris, legitime requisitus, praesentes retrospectas litteras siue processus executoriales valuis siue portis versus occidentem dictae ecclesiae Frisingensis infra missarum solemniam coram magna populi multitudine eo tunc inibi ad divina audiendum congregata affixi et extendi, ac omnia et singula in eisdem litteris siue processibus contenta melioribus modo, via, iure, causa et forma, quibus potui et debui, intimavi, insinuaui, notificaui et ad eius et singulorum, quorum interest siue intererit, notitiam deduxi, nec non quosdam Wilhelmum Abbatem Monasterii in Benedictpeurn, ord. s. Benedicti, Augustensis dioecesis, et Stephanum Mark-*

fort, assertum Presbyterum, in parochiali ecclesia praedicta respective intrusos, et ut in eisdem retroscriptis litteris siue processibus, ut praemittitur, finaliter excommunicatos, ac poenas, sententias et censuras ecclesiasticas in praedictis litteris contentas incidisse et incurrisse declaratos publice iuxta vim, formam et tenorem earundem litterarum executorialium retroscriptarum denuntiaui, ac quandam papiri cedulam, huiusmodi denuntiationem in se continentem, in locum praesentium litterarum siue processuum executorialium posui, ibique stare dimisi, praesentibus ibidem honorabilibus viris Domino Joanne Witzl, Capellano in Petershausen, Frisingensis dioecesis, Joanne Pach, alias publico Procuratore consistoriali venerabilis Capituli ecclesiae Frisingensis, et Pongratio Haslperger, Notario Consistorii praedicti, Presbyteris et ecclesiasticis Salisburg. et Frising. dioecesis, testibus ad praemissa vocatis pariter et requisitis. Et nihilominus, die vero Sabbathi, decima nona, anno, indictione, mense et Pontificatu, quibus supra, hora quidem sexta de mane pari modo praesentes retroscriptas litteras siue processus executoriales ad valuas siue portas maioris ac sancti Mauritii ecclesiarum Augusten. infra missarum solennia populo in magna multitudine ad diuina audiendum tunc inibi congregato affixi, extendi ac omnia et singula in eis contenta, in quantum melius potui et debui, intimaui, insinuaui, notificaui ac ad omnium et singulorum, quorum interest siue intererit, notitiam deduxi, praelibatos quoque Wilhelmum Abbatem et Stephanum Markhfort assertum Presbyterum, sicut praefertur, excommunicatos maiori excommunicatione et declaratos publice denuntiaui, cedulamque papiream huiusmodi denuntiationem in se continentem praesentibus litteris amotam (!) in locum posui et ibidem stare dimisi, ac alias et alia feci, prout et quemadmodum in ipsis retroscriptis litteris siue processibus continetur mihi mandabatur. Subsequenter cum mihi ad ecclesiam Königstorff non pateret accessus, citra mediam noctem inter Lunae, vigesimam primam, et Martis dies eiusdem mensis villam Königstorff accessi, in ecclesia parochiali ibidem praelibatosque (!) cedulam affixi et stare dimisi, denique, ut super praemissis omnibus et singulis vnum vel plura publicum siue publica conficerem instrumentum siue instrumenta legitime requisitis.

Acta sunt haec sub anno, indictione, die, mense, pontificatu, hora et locis, quibus supra, praesentibus ibidem venerabilibus et honorabilibus viris Dominis Joanne Truchsass, Wolfgango de Rechberg, Canonicis ecclesiae maioris Augustensis, Alexandro Minstel, Presbytero Eystetensis Dioecesis, Henrico Schram et Joanne Kirchaimer, Vicariis ecclesiae collegiatae s. Mauritii Augustae, testibus ad praemissa vocatis pariter et requisitis.

(L. sig.) *Et ego Andreas Fuchs de Frisinga, publicus sacra*  
 (Notarii) *Imperiali auctoritate Notarius. Quia huiusmodi retro-*

*scriptarum litterarum siue processuum executorialium affixioni, insinuationi et intimationi, ac praeinsertorum excommunicatorum denuntiationi, omnibusque aliis et singulis, dum sicut praemittitur per me fierent et agerentur, unicum praenominavis testibus praesens interfui, eaque sic fieri feci. Ideoque hoc praesens publicum instrumentum manu mea propria scriptum exinde confeci, subscripsi, publicavi et in hanc publicam formam redegi, signoque et nomine meis solitis et consuetis signavi, rogatus et requisitus. In fidem et testimonium omnium et singulorum praemissorum.*

*Haec copia concordat cum originali authentico, sigillo Illustrissimi Domini Jacobi de Mucciarelis Auditoris Camerae roborato, per omnia collata et revisa. Ita testor Thomas Passauer mpa\*).*

### Beilage K.

Die Rota Romana entscheidet in der Streitsache des Bischofs und des Domcapitels zu Freysing wegen des Besetzungsrechtes der Pfarrey Königsdorf gegen das Kloster Benedictbeuern, welches auch in die Tragung der Prozeßkosten verurtheilt wird.

13. u. 20. Oct. 1473.

In Nomine Domini. Amen.

1. Dudum felicitis recordationis Dominus Pius Papa secundus quandam commissionis siue supplicationis schedulam bonae memoriae Domino Bernardo Bonira (*Ronira*), decretorum Doctori, Abbati saecularis et collegiatae Ecclesiae sancti Felicis Gerundensis, et Canonico Valentinensi, tunc Capellano suo et ipsius sacri Palatii apostolici causarum Auditori, per certum suum cursorem praesentari fecit huiusmodi sub tenore:

Beatissime Pater! Licet dudum parochialis ecclesia sancti Laurentii in Chunstorff, Frisingensis dioecesis, tam ordinaria quam apostolica auctoritatibus fuerit et sit Monasterio in Benedictenpewren, ord. sancti Benedicti, Augustensis dioecesis unita, incorporata et annexa, ita quod Abbas et conuentus dicti Monasterii dictam ecclesiam licite retinere perpetuo et similiter fructus, redditus et prouentus recipere, et in suos

---

\*) Das Original dieser Urkunde lag in dem Archive des Domcapitels zu Freysing. In dem Abdrucke wurden, wie in den nachfolgenden Beilagen, die Hauptabsätze mit fortlaufenden Nummern versehen.

Monasterii et dictae ecclesiae usum et utilitatem conuertere possent et valerent, dictaque vnio suum fuerit sortita effectum, quidam nihilominus Mathaeus Greiff, assertus detentor dictae vnitae ecclesiae, deuotos Sanctitatis vestrae oratores, Wilhelmum modernum Abbatem et conuentum dicti Monasterii in praemissis, ac ipsum Monasterium in iure quaesito turbare fructusque, redditus ac prouentus antedictos usurpare et imbursare temere et de facto, et priuilegio incorporationis antedictae contraire praesumpsit. Ne igitur dictum Monasterium in suo bono iure supplantetur, dignetur Sanctitas vestra, causam et causas, quam et quas dictus Wilhelmus Abbas et conuentus habet et mouet, habereque et mouere vult et intendit contra et aduersus dictum Mathaeum de et super dicta parochiali ecclesia seu eiusdem fructuum, reddituum et prouentuum huiusmodi usurpatione, denegatione et contradictione, et iniuriam huiusmodi perturbatione, rebusque aliis in actis latius exprimentis, et eorum occasione alicui ex Reverendis Patribus Dominis vestri sacri Palatii apostolici causarum Auditoribus committere audiendas, cognoscendas, decidendas et sine debito terminandas cum omnibus et singulis suis emergentibus, incidentibus, dependentibus et connexis, et cum potestate, praedictum Mathaeum omnesque alios et singulos sua communiter vel diuisim interesse putantes in Romana Curia, extra eam et in partibus, totiens quotiens opus fuerit, citandi ac in forma inhibendi, non obstantibus, quod causae huiusmodi non sint forsitan ad dictam Curiam legitime deuolutae, neque in ea de iuris necessitate tractandae seu finiendae praemissis nec non constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ceterisque in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque.

Commissionis namque huiusmodi talis extiterat signatura: *De mandato Domini nostri Papae audiat Magister Bernardus Bonira, citet, ut petitur, et iustitiam faciat.*

2. Cuius quidem commissionis vigore per dictum quondam Dominum Bernardum Bonira Auditorem in causa et causis huiusmodi ad Romanam Curiam et coram eo legitime introductis et deuolutis inter partes in eadem commissione contentas aliquali inchoato processu, et deinde praefato Domino Pio Papa secundo, sicut Altissimo placuit, de medio sublato, et consequenter bonae memoriae Domino Paulo Papa secundo, eundem Dominum Pium in Apostolatu immediate succedente, ad summi Apostolatus apicem assumpto, nec non ex post causa huiusmodi de ipsius Domini Pauli Papae speciali mandato per praefatum quondam Dominum Bernardum Bonira Auditorem in statu debito resumpta, ipse Dominus Paulus Papa quan-



dam commissionis ſiue ſupplicationis ſchedulam eidem quondam Domino Bernardo Bonira Auditori per unum ex ſuis cursoribus praesentari jussit ſub his verbis :

Dignetur Sanctitas ueſtra Reuerendo Patri Domino Bernardo Bonira, ueſtri ſacri Palatii cauſarum apoſtolici Auditori, committere et mandare, ut in cauſa, quae coram eo inter quosdam Wilhelmum Abbatem et conuentum Monasterii in Benedictpewrn, ordinis s. Benedicti, Auguſtensis Dioeceſis, ex vna et Mathaenum Greiff, Rectorem parochialis Eccleſiae s. Laurentii in Kunigstorff, Friſingensis Dioeceſis, de et ſuper praetensa eiſdem Eccleſiae parochialis vnione, incorporatione ſiue annexione, rebusque aliis in actis cauſae designatis et illarum occasione partibus ex altera, in prima pendet instantia, deuotam eiſdem Sanctitatis ueſtrae creaturam, Joannem Episcopum Eccleſiae Friſingensis, ac deuotos oratores ueſtros, Capitulum eiſdem Eccleſiae Friſingensis, ad cauſam huiſmodi in eo ſtatu, in quo coram dicto Domino Auditore pendet indeciſa, pro eorum intereſſe admittat, nec non cauſam et cauſas, quam et quas Episcopus et Capitulum praefati tam coniunctim quam diuiſim mouent, mouereque volunt et intendunt, contra et aduerſus Abbatem et conuentum praedictos, omnesque alios et ſingulos ſua communiter vel diuiſim intereſſe putantes et in executione citationis nominandos, de et ſuper moleſtationibus, vexationibus, perturbationibus, iac-tationibus et impedimentis, eiſdem Episcopo et Capitulo per ipſos Abbatem et conuentum ſuper dicta parochiali eccleſia et illius ſeu iuris conferendi ſeu diſponendi de eadem, ipſis Episcopo et Capitulo in illa competentis occasione factis et praestitis, rebusque aliis in actis deducendis cum omnibus et ſingulis ſuis emergentibus, incidentibus, dependentibus et connexis audiat, cognoscat, decidat, fineque debito terminet, cum potestate, Abbatem et conuentum omnesque alios et ſingulos ſupradictos in Romana Curia, extra eam et in partibus, quotiens opus fuerit, citandi illisque et aliis, quibus oportu-num erit, in forma inhiſcendi, conſtitutionibus et ordinationibus apoſtolicis, ſtilo palatii, iuribus, quodque cauſa ſeu cauſae huiſmodi non ſint forſan ad dictam Curiam legitime deuolutae neque in eadem de ſua natura aut iuris neceſſitate tractandae ſeu finiendae, aliisque contrariis non obſtantibus quibuscun-que.

Haec autem commiſſio in eius fine ſic ſignata reperitur: *De mandato Domini noſtri Papae audiat idem Auditor, citet, ut petitur, et iuſtitiam faciat.*

3. Praetextu namque commissionis huiusmodi praefatus quondam Dominus Bernardus Bonira Auditor Reuerendum in Christo Patrem et Dominum Dominum Joannem, Dei et apostolicae Sedis gratia Episcopum Frisingensem, nec non venerabiles et circumspectos viros Dominos Decanum et Capitulum Ecclesiae Frisingensis, principales in proximis prae- et sub- insertis commissionibus et diffinitivis sententiis principaliter nominatos, ad causam huiusmodi in eo statu, in quo pendeat, pro eorum interesse admisit, et ulterius in eadem procedens, quandam diffinitivam, per quam inter alia quemdam Dominum Mathaenum Greiff eo tunc principalem, in prima praeinserta commissione principaliter descriptum, ab impetitionibus praefatorum Dominorum Abbatis et conuentus Monasterii in Benediktenpuren ex aduerso principalium absoluit, et ipsis Dominis Abbati et conuentui super vnione, annexione et incorporatione dictae parochialis ecclesiae in Königstorff perpetuum silentium imposuit, eosdem Dominos Abbatem et conuentum in expensas condemnando, in scriptis tulit et promulgauit sententiam.

4. A qua quidem diffinitiva sententia pro parte dictorum Dominorum Abbatis et conuentus Monasterii in Benediktenpuren, ex aduerso principalium, ad praefatum Dominum Paulum Papam sanctamque Sedem apostolicam in scriptis provocato et appellato, apostolisque petitis et obtentis idem Dominus Paulus Papa causam appellationis huiusmodi Reuerendo Patri Domino Santino (*Fantino?*) de Valle, vtriusque iuris Doctore, Canonico Jadrensi, Capellano suo et dicti Palatii apostolici causarum Auditori, audiendam, cognoscendam, deducendam et sine debito terminandam commisit cum omnibus et singulis suis emergentibus, incidentibus, dependentibus, annexis et connexis.

5. Cum autem huiusmodi commissionis virtute coram ipso Domino Santino de Valle Auditore in causa et causis antedictis ac inter partes praetactas seu verius earum legitimos procuratores aliqualis processus inchoatus et continuatus fuisset, praelibatus Dominus Paulus Papa quandam commissionis siue supplicationis cedula eidem Domino Santino de Valle Auditori per certum ex dictis cursoribus praesentari fecit in hunc modum:

Beatissime Pater! Dudum Abbas et conuentus Monasterii in Benediktenpuren, ordinis sancti Benedicti, Augustensis Dioecesis, causam et causas, quam et quas contra deuotum Mathaenum Greiff, Rectorem parochialis ecclesiae sancti Laurentii in Königstorff, Frisingensis Dioecesis, de et super praetensa incorporatione dictae parochialis ecclesiae rebusque aliis in actis latius expressis et illorum occasione mouere volebant, quondam Reuerendo Patri Domino Bernardo Bonira,

sacri Palatii apostolici causarum Auditori, committi obtinuerunt audiendas, exinde pro parte deuotorum vestrorum Episcopi, Decani et Capituli Ecclesiae Frisingensis pro eorum interesse eidem Auditori commissione praesentata, ipsisque pro interesse eorum admissis dictus Auditor rite et legitime procedens, seruatis seruandis diffinitiuam absolutoriam ab impetitionibus cum expensarum condemnatione pro dicto Mathaeo et contra praefatos Abbatem et conventum tulit et promulgauit sententiam, a quo pro parte dictorum Abbatis et Conuentus appellatum et causa appellationis huiusmodi Reuerendo Patri Domino Santino de Valle, dicti Palatii apostolici causarum Auditori, commissa extitit, causaque et causae quoad dictos Episcopum, Decanum et Capitulum Frisingense coram dicto Bernardo Bonira Auditore in prima instantia indecise remanente, ipse Bernardus Bonira diem suum clausit extremum. Dignetur igitur Sanctitas vestra causam et causas huiusmodi in eo statu, quo ultimo coram dicto quondam Bernardo Auditore indecise remanserunt, dicto Domino Santino Auditori committere resumendas ulteriusque audiendas, cognoscendas et decidendas et fine debito terminandas cum omnibus et singulis suis emergentibus, incidentibus, dependentibus et connexis, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque, praemissorum omnium et singulorum, actorumque causae et causarum huiusmodi status et tenores praesentibus habentium (!) pro sufficienter expressis.

Huiusmodi siquidem commissio sequentem habet signaturam: *De mandato Domini nostri Papae audiat idem Auditor, resummat, ut petitur, et iustitiam faciat.*

6. Virtute namque commissionis huiusmodi causa et causis antedictis per ipsum Dominum Santinum de Valle Auditorem primitus in statu debito resumptis, ac deinde in eisdem inter partes praetactas seu earum procuratores nonnullo ulteriori continuato et agitato processu, nec non ex post praelibato Domino Paulo Papa, sicut Altissimo placuit, similiter ab hac luce subtracto Sanctissimoque in Christo Patre et Domino nostro Domino Sixto, diuina Prouidentia Papa quarto moderno, ad summi Apostolatus apicem assumpto et recepto, ac subsequenter eodem Domino Santino de Valle Auditore certis de causis animum suum ad hoc mouentibus a Romana Curia absentato, ob cuius absentiam praefatus Dominus noster Dominus Sixtus Papa quandam generalis commissionis siue supplicationis cedulam Reuerendo Patri Domino Joanni de Ceretanis de Interampne, legum Doctori, Archidiacono Seruensi in Ecclesia Burgedallensi, Capellano suo et saepedicti Palatii apostolici causarum Auditori, per unum ex saepedictis cursoribus praesentari iussit sub hac verborum forma;

Dignetur Sanctitas vestra, omnes et singulas causas beneficiales, prophanas, matrimoniales, civiles, criminales et mixtas, Reuerendo Patri Domino Santino de Valle, sacri Palatii causarum Auditori, quarumcunque commissionum tam generalium quam specialium vigore commissas, in quibus deuoti vestri Joannes Auellen., Nicolaus Gleywiz, Henricus Tronci (*Kouen?*) de Springk et Henricus Lebentheur, clerici Maclouiensis, Wratislouiensis, Myndensis et Herbipolensis Diocesis, publici Apostolica et Imperiali auctoritatibus Notarii, coram eodem Domino Santino Auditore scribebant et ad scribendum deputati fuerant, propter ipsius a Romana Curia recessum usque ad eius reditum et earundem causarum resumptionem alicui ex Reuerendis Patribus Dominis dicti sacri Palatii apostolici causarum Auditoribus committere resumendas, audiendas, cognoscendas et fine debito terminandas cum omnibus earum incidentibus, dependentibus, emergentibus et connexis, cum potestate citandi, litteras decernendi et decretas sigillandi, expensas taxandi, sententias et quaecunque instrumenta extrahendi ac in publicam formam redigendi et redigi mandandi, ac omnia et singula faciendi et fieri mandandi, quae dictus Dominus Santinus Auditor fecisset et facere, decernere, mandare potuisset et posset, si praesens esset, cum plenaria et omnimoda potestate, eidem Domino Santino Auditori quarumcunque commissionum in dictis causis praesentatarum vigore concessa et attributa. Et quod dicti Joannes, Nicolaus, Henricus et Henricus Notarii in eisdem ulterius scribant et scribere continent, iuribus, constitutionibus et ordinationibus apostolicis et aliis in contrarium forsitan editis vel faciendis (*facientibus?*) non obstantibus quibuscunque.

Huiusmodi commissionem talis sequebatur signatura: *De mandato Domini nostri Papae audiat Magister Joannes de Ceretanis, resumat, ut petitur, et iustitiam faciat.*

7. Huius namque commissionis vigore causa et causis praedictis per praefatum Dominum Joannem de Ceretanis Auditorem primum in statu praedicto resumptis, subsequenter idem Dominus Joannes Auditor in causa et causis eisdem rite et legitime procedens, seruatis seruandis et cognitis earum meritis, suam diffinitiuam cum expensarum condemnatione in scriptis tulit et promulgauit sententiam in hunc modum:

Christi nomine inuocato pro tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, per hanc nostram diffinitiuam sententiam, quam de Dominorum Coauditorum nostrorum consilio et assensu ferimus in his scriptis, pronuntiamus, decer-

nimus et declaramus, collationem, prouisionem et omnimodam dispositionem parochialis ecclesiae in Königstorff Frisingensis Dioecesis, uni ex Canonicis dictae ecclesiae Frisingensis, et non alteri faciendam, ad Reuerendum Patrem Dominum Episcopum Frisingensem spectasse et pertinuisse, ac spectare et pertinere de iure, nec non quibusdam Abbati et conventui Monasterii Benedictenpuren Augustensis Dioecesis in dicta parochiali ecclesia, seu ad eam et illius collationem, prouisionem et dispositionem nullum ius competiſſe neque competere, iactationesque, oppositiones, molestationes, vexationes, perturbationes, inquietationes et impedimenta praefatis Dominis Episcopo, Decano et Capitulo per dictos Abbatem et conventum, ut praefertur, praestitas et praestita, fuisse et esse temerarias, illicitas, iniquas, indebitas et iniustas, temerariaeque, illicita, iniqua, indebita et iniusta, ac de facto resumptas et resumpta, dictisque Abbati et conventui illa fecisse et facere minime licuisse neque licere, eisque super illis perpetuum silentium imponendum fore et imponimus, nec non praefatos Abbatem et conuentum aduersarios, ut a iactationibus, oppositionibus, molestationibus, vexationibus, perturbationibus, inquietationibus et impedimentis praedictis de caetero abstineant, ac praefatos Dominos Episcopum, Decanum et Capitulum eorum iuribus et possessionibus pacifice et quiete uti et gaudere permittant, omnibus viis iuris et remediis oportunitis cogendos, compellendos et constringendos fore, ac cogimus, compellimus et constringimus, ipsosque Abbatem et conuentum aduersarios in expensas pro parte dictorum Dominorum Episcopi, Decani et Capituli propterea legitime factas condemnandos fore et condemnamus, quarum expensarum taxationem nobis in posterum reseruamus.

Hanc suam diffinitiuam sententiam Dominus Joannes de Ceretanis Auditor praefatus manu sua propria in hac subscripsit verba: *Ita pronuntiaui ego Joannes de Ceretanis Auditor.*

8. Cumque ab huiusmodi diffinitiuam sententiam pro parte dictorum Dominorum Abbatis et conuentus Monasterii in Benedictenpuren ex aduerso principalium ad praelibatum Dominionum nostrum Sixtum Papam eiusque sanctam Sedem apostolicam in scriptis prouocatum et appellatum fuisset, idem Dominus noster Papa quandam commissionis siue supplicationis cedulam iterum Reuerendo Patri Domino Santino de Valle Auditori praefato per vnum ex saepefatis cursoribus praesentari fecit sub his verbis:

Dignetur Sanctitas vestra, causam et causas appellationis et appellationum pro parte deuotorum Sanctitatis vestrae oratorum Wilhelmi Abbatis nec non conuentus et fratrum Mona-

sterii in Benedicthenpuren, Augustensis Dioecesis, ordinis sancti Benedicti, a quadam praetensa diffinitiva sententia per Reuerendum Patrem Dominum Joannem de Ceretanis, vestri sacri Palatii causarum Auditorem, in quadam causa, quae coram eo inter dictos oratores ex vna et Dominum Episcopum, Decanum et Capitulum Ecclesiae Frisingensis ut actores de et super parochiali ecclesia in Kunigstorff, Frisingensis Dioecesis, et seu illius vnione et incorporatione, rebusque aliis in actis latius expressis, et eorum occasione partibus ex altera, in prima verti praetendebatur instantia, pro dictis Episcopo, Decano et Capitulo, et contra praefatos Abbatem et conuentum et fratres, ut praetenditur, lata interpositae et interpositarum, nullitatisque et nullitatum dictae praetensae sententiae, attemptatorumque et inuocatorum quorumcunque, alicui alteri ex Reuerendis Patribus Dominis dicti vestri sacri Palatii apostolici causarum Auditoribus, et si placet, Reuerendo Patri Domino Santino de Valle, dicti Palatii causarum Auditori, coram quo nonnulla iura et munimenta facientia ac etiam quaedam remissio nonnullorum articulorum ad partes decreta et nondum reportata existunt, ut vitetur circuitus, committere audiendas, cognoscendas, decidendas et sine debito terminandas, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque.

Praecedens commissio verbis fuit signata sub istis: *Audiat idem Auditor et iustitiam faciat.*

9. Praetextu siquidem commissionis huiusmodi praelibatus Dominus Santinus de Valle Auditor in causa et causis huiusmodi ac inter partes seu earum procuratores praedictos ulterius rite et legitime procedens, seruatis seruandis et cognitis earum meritis, suam diffinitiuam, praesertim ipsius Domini Joannis de Ceretanis vestri sacri Palatii apostolici Auditoris diffinitivae sententiae confirmatoriam, cum simili expensarum condemnatione in scriptis tulit et promulgauit sententiam, tenorem qui sequitur continentem:

Christi nomine inuocato pro tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, per hanc nostram diffinitiuam sententiam, quam de Dominorum Coauditorum nostrorum consilio et assensu ferimus in his scriptis, pronuntiamus, decernimus et declaramus, per Reuerendum Patrem Dominum Joannem de Ceretanis Coauditorem nostrum in causa, quae coram eo inter Reuerendum Patrem Dominum Episcopum et Capitulum Frisingense ex vna et quosdam Abbatem et conuentum Monasterii in Benedicthenpuren, Augustensis Dioecesis, de et super eo, quod collatio, prouisio et omnimoda dispositio parochialis ecclesiae in Kunigstorff Frisingensis dioecesis eius vacatione

occurrente per praefatum Dominum Episcopum uni ex Canonicis dictae Ecclesiae et non alteri facienda ad eundem Dominum Episcopum solum et insolidum spectat atque pertinet, rebusque aliis in actis expressis praesentibus (*partibus?*) ex altera, in prima vertebatur, et nunc coram Nobis in secunda vertitur instantiis, bene fuisse et esse processum, pronuntiatum, sententiatum et diffinitum, ac pro parte eorundem Abbatis et conuentus a praefato Domino Joanne de Ceretanis Coauditore nostro eiusque diffinitiva sententia male fuisse et esse prouocatum et appellatum, ipsiusque Domini Joannis de Ceretanis Coauditoris nostri diffinitivam sententiam huiusmodi confirmandam fore et confirmamus, dictosque Abbatem et conuentum in expensis in hac causa coram Nobis pro parte eorundem Dominorum Episcopi et Capituli propterea legitime factis condemnandum fore et condemnamus, quarum expensarum taxationem Nobis imposterum reseruamus.

Hanc autem sententiam ipse Dominus Santinus de Valle Auditor manu sua propria subscripsit in his verbis: *Ita pronuntiaui ego Santinus de Valle Auditor.*

10. A qua quidem diffinitiva sententia iterum pro parte dictorum Dominorum Abbatis et conuentus Monasterii in Benedictenpurem ex aduerso principalium ad praelibatum Dominum nostrum Papam sanctamque Sedem Apostolicam praetactam in scriptis prouocato et appellato, ipse Dominus noster Papa quandam commissionis siue supplicationis schedulam Nobis Nicolao de Edam, decretorum Doctori, Praeposito Ecclesiae sancti Andreae Coloniensis, Capellano suo et dicti Palatii apostolici causarum Auditori, per vnum ex saepedictis cursoribus praesentari iussit in hunc modum :

Dignetur Sanctitas vestra causam et causas praetensarum appellationis et appellationum ad eandem Sanctitatem vestram sanctamque Sedem apostolicam pro parte quorundam Abbatis et conuentus Monasterii in Benedictenpurem, ordinis sancti Benedicti, Augustensis Dioecesis, a diffinitiva confirmatoria sententia per Reuerendum Patrem Dominum Santinum de Valle, vestri sacri Palatii apostolici causarum Auditorem, in causa, quae coram Reuerendo Patre et Domino Joanne de Ceretanis, eiusdem Palatii causarum in prima, et dicto Domino Santino Auditoribus inter deuotam creaturam vestram Episcopum Frisingensem et deuotos oratores vestros Decanum et Canonicos et Capitulum Ecclesiae Frisingensis ex vna, ac praefatos Abbatem et conuentum de et super pertinentia collationis parochialis Ecclesiae in Kunigstorff Frisingensis dioecesis ipsius vacatione occurrente vni ex Canonicis dictae Ecclesiae duntaxat et nulli alteri conferendae, ipsorumque Abbatis et con-

uentus indebitis oppositione, molestatione et impedimentis desuper factis et praestitis, ac rebus aliis in actis expressis partibus ex reliquis (*ex altera?*) in secunda vertebatur instantiis, pro eisdem Episcopo, Decano, Canonicis et Capitulo, ac contra eosdem Abbatem et conuentum lata interpositae, ut dicitur, et interpositarum, nullitatisque et desertionis earundem vna cum toto negotio principali alicui alteri ex Dominis dicti Palatii causarum Auditoribus committere audiendas, cognoscendas, decidendas et fine debito terminandas cum singulis suis emergentibus, incidentibus, dependentibus et connexis, contrariis non obstantibus quibuscunque.

In fine vero dictae commissionis siue supplicationis cedulae scripta erant de alterius manus littera, superiori litterae ipsius schedulae penitus et omnino dissimili et diuersa, haec verba, videlicet: *Audiat Magister Nicolaus de Edam, et iustitiam faciat.*

11. Cuius quidem ultimae commissionis praetextu Nos in causa et causis huiusmodi et inter partes praedictas, seu verius earundem legitimos procuratores, ulterius rite et legitime procedere volentes, ad prouidi viri Magistri Dethmari Calde in Romana Curia causarum et praefatorum Dominorum Episcopi, Decani et Capituli Ecclesiae Frisingensis principalium procuratoris instantiam prouidum virum Magistrum Joannem Fust (*Frist?*), in eadem Curia etiam causarum et dictorum Dominorum Abbatis et conuentus Monasterii in Benedictenpuren ex aduerso principalium procuratorem, de quorum procuratorum procuracionum hinc inde mandatis apud acta causae huiusmodi legitimis dignoscitur constare, prout constat, documentis, ad dicendum et excipiendum, quidquid verbo vel in scriptis contra commissionem praesertam dicere siue excipere vellet, per certum dicti Domini nostri Papae cursorem citari mandauimus et fecimus ad certum peremptorium terminum competentem, in quo per praenominatum Magistrum Dethmarum Calde procuratorem, nomine quo supra procuratorio, coram Nobis in iudicio legitime comparentem praelibati Magistri Joannis Fust ex aduerso procuratoris non comparentis contumacia accusata, ipsumque contumacem reputari instantanter postulato, ac per Nos prout erat dictante iustitia pro contumace reputato, Nos tunc ad praenominati Magistri Dethmari Calde procuratoris instantiam saepedictum Magistrum Joannem Fust ex aduerso procuratorem ulterius ad dandum et recipiendum, darique et recipi videndum libellum siue summariam petitionem primo et deinde ad ponendum et articulandum ponique et articulari videndum causa in eadem, per certos dicti Domini nostri Papae cursores successiue citari mandauimus et fecimus ad certos successiuos peremptorios terminos competentes cum dierum congruentium interval-



lis, quos tunc etiam ipsi Magistro Dethmaro Calde procuratori instanti et petenti partibusque suis statuimus et assignavimus tunc ad idem.

12. In quibus quidem terminis successiue occurrentibus et quolibet eorundem comparente in iudicio legitime coram Nobis Magistro Dethmaro Calde procuratore, nomine procuratorio quo supra, prænominati Magistri Joannis Fust ex aduerso procuratoris non comparentis contumacia accusante ipsumque contumacem reputari petente, et in eius contumaciam primo quemdam libellum siue summariam petitionem verbo solum, et duntaxat solita protestatione prævia dante et offerente, et in reliquo dictorum terminorum omnes et singulas positiones et articulos in prioribus instantiis causae huiusmodi pro partibus suis quomodolibet datos et exhibitos, in quantum tamen pro se dictisque partibus suis et contra partes sibi in huiusmodi causa aduersas facerent, et non alias repetente, illosque de nouo, ac nonnullos alios verbo solum, et duntaxat solita protestatione præcedente, dante et exhibente, Nos tunc Magistrum Joannem Fust ex aduerso procuratorem non comparentem reputavimus merito prout erat in singulis huiusmodi terminorum terminis exigente iustitia contumacem, et in eius contumaciam praelibatum Magistrum Joannem Fust ex aduerso procuratorem ad dicti Magistri Dethmari Calde procuratoris instantiam ulterius ad dicendum et excipiendum, quidquid verbo vel in scriptis contra positiones et articulos repetitos et reproductos huiusmodi, in quantum articuli, ac ad respondendum eisdem, in quantum positiones existerent siue esse censeantur, dicere siue excipere, nec non ad producendum et produci videndum omnia et singula acta, actitata, litteras, scripturas, instrumenta, priuilegia, processus, ceteraque iura et monumenta, quibus partes hinc inde in huiusmodi causa uti et se iuuare volebant, per certos saepedicti Domini nostri Papae cursores successiue citari mandauimus et fecimus ad certos successiuos peremptorios terminos competentes cum dierum congruentium intervallis, quorum ultimum eidem Magistro Dethmaro Calde procuratori instanti partibusque suis assignavimus tunc ad idem.

13. Quibus quidem terminis successiue occurrentibus et quolibet eorundem comparens in iudicio legitime coram Nobis Magister Dethmarus Calde procurator prædictus, nomine procuratorio quo supra, prænominati Magistri Joannis Fust, ex aduerso procuratoris, non comparentis contumaciam accusauit, ipsumque contumacem reputari petiit, et in eius contumaciam ultimo huiusmodi terminorum termino pro saepedictis partibus suis satisfaciendo, omnia et singula iura et munimenta in prioribus instantiis causae huiusmodi pro partibus suis quomodolibet data, exhibita et producta, in quantum tamen pro se dictisque partibus suis, et contra partes sibi in huiusmodi causa aduersas facerent, et non alias petiit, illaque de nouo

ac nonnulla alia verbo solum et duntaxat solita protestatione praecedente exhibuit atque produxit.

Nos tunc eundem Magistrum Joannem Fust, ex aduerso procuratorem, minime comparentem reputauimus merito, prout erat in singulis huiusmodi terminorum terminis, exigente iustitia contumacem, ipsumque in eius contumaciam ad iam dicti Magistri Dethmari Calde procuratoris instantiam ulterius ad dicendum et opponendum, quidquid verbo vel in scriptis dicere sive opponere vellet contra iura et munimenta praedicta primo, et deinde ad declarandum et declarari videndum, quidquid partes hinc inde praedictae verbo vel in scriptis in huiusmodi causa declarari vellent, nec non ad iurandum et deliberandum, iurarique et deliberari videndum de calumnia vitanda et veritate dicenda cum omnibus et singulis clausulis et capitulis et sub iuramento calumniae contentis, per certos saepedicti Domini nostri Papae cursores citari mandauimus et fecimus ad certos successiuos terminos peremptorios competentes cum dierum congruentium intervallis, ultimos duos huiusmodi terminorum terminos ipsi Magistro Dethmaro Calde procuratori instanti et petenti assignando tunc nihilominus ad idem.

14. In quibus quidem terminis paulatim aduenientibus per dictum Magistrum Dethmarum Calde procuratorem, quo supra nomine procuratorio, coram Nobis in iudicio legitime comparentem praenominati Magistri Joannis Fust, ex aduerso procuratoris, minime comparentis contumacia accusata ipsumque contumacem reputari petito, et in eius contumaciam pro huiusmodi duorum ultimorum terminorum satisfactione omnibus et singulis actis, actitatis, litteris, [scripturis, priuilegiis, instrumentis, iuribus et munimentis in huiusmodi causa quomodolibet habitis et exhibitis atque productis, per praefatum Magistrum Dethmarum Calde procuratorem loco declarationum repetitis et reproductis, nec non per eundem Magistrum Dethmarum Calde procuratorem eo ad hoc per Nos admissio de calumnia vitanda et veritate dicenda cum singulis clausulis et capitulis solito calumniae praestito iuramento, Nos eundem Magistrum Joannem Fust, ex aduerso procuratorem, minime comparentem in singulis huiusmodi terminorum terminis reputauimus merito, prout erat, exigente iustitia contumacem.

15. Subsequenter quaedam petitionis papiri cedula per praefatum Magistrum Dethmarum Calde procuratorem, nomine procuratorio quo supra, facto, realiter et in scriptis data et oblata in hunc qui sequitur modum:

Petit procurator Reuerendi Patris Domini Episcopi Frisingensis ac syndicus venerabilium virorum Dominorum Capituli Ecclesiae Frisingensis partium suarum, procuratorio et sindicario

nominibus dictarum partium suarum, per vos Reuerendum Patrem Dominum Nicolaum de Edam supradictum, vestramque diffinitiuam sententiam pronuntiari, decerni et declarari, per Reuerendum Patrem Dominum Santinum de Valle Coauditorem vestrum in causa, quae coram Reuerendo Patre Domino Joanne de Ceretanis, etiam Coauditore vestro, in prima et coram dicto Domino Santino Coauditore in secunda inter praefatos Dominum Episcopum et Capitulum ex vna et quosdam Abbatem et conuentum Monasterii in Benedictenpuren Augustensis dioecesis de et super eo, quod collatio, provisio et omnimoda dispositio parochialis ecclesiae in Kunigstorff Frisingensis dioecesis eius vacatione occurrente per praefatum Dominum Episcopum uni ex Canonicis dictae Ecclesiae et non alteri facienda ad eundem Dominum Episcopum solum et in solidum spectat et pertinet, rebusque aliis in actis expressis praesentibus (*partibus?*) ex altera in prima vertebatur, et nunc coram vobis in tertia vertitur instantiis, bene fuisse et esse processum, pronuntiatum, sententiatum et diffinitum, ac pro parte eorundem Abbatis et conuentus a praefato Domino Santino de Valle, Coauditore vestro, eiusque diffinitiuam sententiam male fuisse et esse pronocatum et appellatum, ipsiusque Domini Santini, Coauditoris vestri, diffinitiuam sententiam huiusmodi confirmandam fore et per vos confirmari, dictosque Abbatem et conuentum in expensas in hac causa coram vobis pro parte eorundem Dominorum Episcopi et Capituli propterea legitime factas condemnaudos fore et per vos condemnari, de expensis autem faciendis damnisque et interesse sustinendis dictus Procurator ac Syndicus, quibus supra nominibus, expresse protestatur, aliasque in, de et super praemissis omnibus et singulis sibi fieri petit iustitiae complementum, vestrum benignum iudicis officium humiliter implorando, petens etiam praemissa omnia et singula coniunctim et diuisim melioribus modo et forma, quibus melius et efficacius potest et debet de iure, saluo iure corrigendi, addendi, minuendi etc. et protestatur, prout fuit et est moris atque stili.

Nos tunc ad praenominati Magistri Dethmari Calde procuratoris instantiam saepefatam Magistrum Joannem Fust, ex aduerso procuratorem, ulterius ad concludendum et concludi videndum causa in eadem vel ad dicendum et causam, si quam haberet rationabilem, quare id minime fieri deberet, allegandum, nec non audiendum diffinitiuam in scriptis ferri et promulgari sententiam, per certum ex dicti Domini nostri Papae cursoribus citari mandauimus et fecimus ad certum peremptorium terminum competentem, videlicet ad diem et horam infrascriptos, in quibus die et hora aduenientibus compa-

ruit in iudicio legitime coram Nobis Magister Dethmarus Calde procurator praedictus, nomine procuratorio quo supra, et dicti Magistri Joannis Fust procuratoris ex aduerso non comparentis contumaciam accusauit, ipsumque contumacem reputari petiit, et in eius contumaciam in causa et causis huiusmodi, in quantum melius potuit et debuit, sponte conclusit secumque concludi et pro concluso haberi, nec non diffinitiuam in eadem in scriptis ferri et promulgari sententiam per Nos instanter postulauit.

16. Nos tunc Nicolaus Auditor praefatus dictum Magistrum Joannem Fust ex aduerso procuratorem minime comparentem reputauimus merito, prout erat, exigente iustitia contumacem. Et in eius contumaciam in causa et causis proxime dictis unacum praenominato Magistro Dethmaro Calde procuratore concludente et secum concludi instanter postulante duximus more solito concludendum et conclusimus, habuimusque et haberi volumus in eadem pro concluso, et nihilominus visis per Nos primitus et diligenter inspectis omnibus et singulis actis, actitatis, litteris, scripturis, instrumentis, priuilegiis et processibus, ceterisque iuribus et munimentis, ac dictis et depositionibus testium in dicta causa quomodolibet habitis, factis, exhibitis atque productis, eisque cum diligentia et maturitate debite recensitis, de Dominorum Coauditorum nostrorum consilio et assensu, quibus de huiusmodi causae meritis relationem plenariam fecimus et fidelem, praehabitaque primitus inter nos deliberatione matura, ad nostram ferendam et promulgandam diffinitiuam sententiam procedendum duximus et processimus eamque per ea, quae uidimus et cognouimus, ac de praesenti uidemus et cognoscimus, in scriptis tulimus et promulgauimus ac ferimus et promulgamus in hunc, qui sequitur, modum:

Christi nomine inuocato, pro tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes per hanc nostram diffinitiuam sententiam, quam de Dominorum Coauditorum nostrorum consilio et assensu ferimus in his scriptis, pronuntiamus, decernimus et declaramus, per Reuerendum Patrem Dominum Santinum de Valle, Coauditorem nostrum, in causa, quae coram Reuerendo Patre Domino Joanne de Ceretanis, etiam Coauditore nostro, in prima, ac coram dicto Domino Santino Coauditore in secunda inter Reuerendum Patrem Episcopum et Capitulum Ecclesiae Frisingensis ex vna, et quosdam Abbatem et conuentum Monasterii in Benedictenpuren Augustensis Diocesis de et super eo, quod collatio et omnimoda dispositio parochialis ecclesiae in Kunigstorff Frisingensis Diocesis eius vacatione occurrente per praefatum Dominum Episcopum vni ex Canonicis dictae Ecclesiae et non alteri facienda ad eundem Dominum Episcopum solum et insolidum spectat

atque pertinet, rebusque aliis in actis expressis, partibus ex altera, in prima vertebatur, et nunc coram Nobis in tertia vertitur instantiis, bene fuisse et esse processum, pronuntiatum, sententiatum et diffinitum, ac pro parte eorundem Abbatis et conuentus a praefato Domino Santino de Valle, Coauditore nostro, eiusque diffinitiva sententia male fuisse et esse provocatum et appellatum, ipsiusque Domini Santini Coauditoris nostri diffinitivam sententiam huiusmodi confirmandam fore et confirmamus, dictosque Abbatem et conuentum in expensas in hac causa coram Nobis pro parte eorundem Dominorum Episcopi et Capituli propterea legitime factas condemnandum fore et condemnamus, quarum expensarum taxationem Nobis in posterum reservamus. Hanc autem sententiam manu nostra propria subscripsimus his verbis: *Ita pronuntiavi Ego Nicolaus de Edam Auditor.*

Lecta, lata et in scriptis promulgata fuit praeinserta nostra diffinitiva sententia per Nos Nicolaum Auditorem praefatum Romae apud sanctum Petrum in Palatio causarum apostolico, in quo iura reddi solent, Nobis inibi mane hora audientiae causarum consueta ad iura reddenda et causas audiendas in loco nostro solito et consueto pro tribunali sedentibus, sub anno a natiuitate Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo tertio, indictione sexta, die vero Mercurii, tertia decima mensis Octobris, Pontificatus praefati Sanctissimi Domini nostri Domini Sixti Papae quarti anno tertio, praesentibus ibidem discretis viris Magistris Joanne de Erchleus et Joanne Porcherii Notariis publicis scribisque nostris, Clericis Leodiensis et Andegauensis Dioecesium, testibus ad praemissa vocatis specialiter atque rogatis.

17. Tandem vero, die videlicet et hora infra notatis, comparens in iudicio legitime coram Nobis Magister Dethmarus Calde procurator praedictus, nomine quo supra procuratorio, in supradicti Magistri Joannis Fust ex aduerso procuratoris praesentia omnes et singulas expensas pro parte dictorum Dominorum Episcopi, Decani et Capituli Ecclesiae Frisingensis principalium suorum in huiusmodi causa legitime factas, et in quibus sibi praefati Domini Abbas et conuentus Monasterii in Benedicthenpuren, ex aduerso principales, per praeinsertas diffinitivas sententias condemnati extiterant, taxari et moderari litterasque desuper necessarias et oportunas in forma solita et consueta decerni et concedi per Nos instanti postulat. Nos tunc Nicolaus Auditor praefatus ad dicti Magistri Dethmari Calde procuratoris instantiam in dicti Magistri Joannis Fust ex aduerso procuratoris praesentia omnes et singulas expensas huiusmodi coram Nobis in scriptis designatas ad septuaginta quinque florenos auri de Camera boni et iusti ponderis per praefatos Dominos Abbatem et

conuentum Monasterii in **Benedictenpuren**, ex aduerso principales, dictis Dominis Episcopo, Decano et Capitulo Ecclesiae Frisingensis principalibus vel ipsorum legitimo procuratori, ad hoc ab eis sufficiens mandatum habenti, realiter et cum effectu dandos, tradendos, soluendos et assignandos prouida moderatione praevia taxandas et moderandas duximus et taxauimus et moderauimus, taxamusque et moderamus per praesentes, recepto tamen prius ab eodem Magistro **Dethmaro Calde** procuratore iuramento, per eum de mandato nostro in nostris manibus tactis corporaliter scripturis sacrosanctis ad sancta Dei Evangelia praestito, quod ipse vel partes suae antedictae tantum et ultra exposuissent, aut necessario exponere tenerentur in et pro prosecutione litis et causae praedictarum.

In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium praemissorum praesentes litteras siue praesens publicum instrumentum, praeinsertas diffinitivas sententias et expensarum taxationem in se continentes, exinde fieri et per Notarium publicum nostrum et huiusmodi causae coram Nobis scribam infrascriptum subscribi et publicari mandauimus, nostrique sigilli iussimus et fecimus appensione communiri.

Taxatae autem fuerunt dictae expensae per Nos Nicolaum Auditorem Romae in Palatio causarum apostolico antedicto Nobis inibi mane hora audientiae causarum consueta ad iura reddenda et causas audiendas pro tribunali sedentibus sub anno, indictione et Pontificatu, quibus supra, die vero Mercurii, vicesima mensis Octobris supradicti, praesentibus ibidem Magistris Joanne Erchleus et Joanne Porcherii, Notariis publicis scribisque nostris antedictis, testibus ad praemissa vocatis specialiter et rogatis.

(L. sig.) *Et ego Placidus Spacius (al. Alardus Spaen), Clericus Lubecensis, publicus Apostolica et Imperiali auctoritatibus Notarius, praefatique Reuerendi Patris Dom. Nicolai de Edam Auditoris et huiusmodi causae coram eo scriba, quia praeinsertae ultimae diffinitivae sententiae prolationi (publicationi) et promulgationi, expensarumque taxationi et moderationi omnibusque aliis et singulis praemissis, dum, sicut praemittitur, per eundem Dominum Nicolaum Auditorem ac coram eo fierent et agerentur, unacum praenominatis testibus praesens interfui, eaque sic fieri vidi et audiui, ac alia praemissa in actis et registro causae huiusmodi reperi et inueni, ideoque hoc praesens publicum instrumentum per alium fideliter scriptum exinde confeci, subscripsi, publicavi et in hanc publicam formam redegi, signoque et nomine meis solitis et consuetis unacum praelibati Reuerendi Patris Domini Nicolai Auditoris sigilli*

*appensione signavi, rogatus et requisitus. In fidem et testimonium omnium et singulorum praemissorum etc.*

(L. sig. Notarii) *Hoc Rotalis in Romana Curia sententiae Exemplar parum accurate ab alio ex Originali in 32 paginis descriptum Ego Notarius infra nominatus cum eodem antiquo et vero Originali diligenter contuli, et ad ipsius tenorem fideliter corréxi. Quoniam autem pag. 6 linea 17 pro his verbis: „Ipse Dominus Fantinus de Valle Auditor“ legendum videatur: per ipsum Dominum Fantinum de Valle Auditorem, item p. 8 linea 12 pro „habentium“ habendo, et pag. 12 linea 6 pro „resumptas et resumpta“ praesumptas et praesumpta; ac denique eadem pagina 12 linea 17 pro „recognoscendos“ constringendos: quia tamen eadem verba in ipso Originali (quod in littera quidem, signo et subscriptione Notarii saluum, de sigillo tamen magnam partem perdidit) satis expresse posita reperi, mutari hic non debuerunt, sed ad omnimodam concordantiam retineri, quam hac manu mea signoque et sigillo solitis attestor.*

*Frisingae die 21. Aprilis 1631.*

*Joannes Fiernhamer, Presbyter Frisingensis, ad D. Andream ibidem Canonicus, sacra Apostolica auctoritate publicus et in Archiivo Romanae Curiae immatriculatus Notarius mpra. \*)*

## Beylage L.

Vollzugsmandat des Auditors Nicolaus von Edam.

20. Oct. 1473.

Gloriosissimo, Invictissimo Principi et Domino Domino Frederico, Diuina fauente clementia Romanorum Imperatori semper

---

\*) Diese beglaubigte Abschrift liegt im. Kgl. Reichs - Conservatorium in München und führt den Titel: *Sententia Rotalis, per quam Parochia in Königsdorff Episcopo Frisingensi adjudicata est, nulli alteri nisi Canonico Frisingensi occurrentibus vacationibus conferenda.* Die Ordinariatsacten enthalten eine einfache, minder genaue Abschrift mit folgendem, auf der Außenseite angegebenen Betreff: *Processus et sententia diffinitiva, lata in Rota Romana contra Abbatem et Monasterium in Benedictpeurn in causa ecclesiae Parochialis in Königsdorff, cuius provisio ad Episcopum Frisingensem solum et insolidum spectare dignoscitur. Anno 1473.*

Augusto, ac Austriae, Styriae, Carinthiae, Carniolae Duci, Comitumque Tyrolis etc. etc., Imperii, Ducatum et Comitatus uestrorum felicitis prosperitatis augmentum. Nec non Reuerendissimis et Reuerendis in Christo Patribus et Dominis Dominis, Dei et apostolicae Sedis gratia Salzburgensi et Maguntinensi Archiepiscopis ac Ratisponensi, Eystetensi, Patauiensi, Brixinensi et Augustensi Episcopis, eorumque et cuiuslibet ipsorum in spiritualibus et temporalibus Vicariis et Officialibus generalibus, nec non Curiae causarum Camerae Apostolicae generali Auditori eiusque Viceauditori seu locum tenenti, vniuersis quoque et singulis Dominis Abbatibus, Prioribus, Praepositis, Decanis, Archidiaconis, Scholasticis, Cantoribus, Custodibus, Thesaurariis, Succentoribus, Sacristis, tam Metropolitanarum, Cathedralium, quam Collegiatarum Canonicis, Parochialiumque Ecclesiarum Rectoribus seu loca tenentibus, eorundem Plebanis, Viceplebanis, Capellanis curatis et non curatis, Vicariis perpetuis, Altaristis ac Monasteriorum ordinum quorumcunque Generalibus, Prouincialibus, Ministris, Prioribus, Vicariis, Guardianis, Monachis, Custodibus et signanter Sancti Joannis Ierosolimitani et Beatae Mariae Theotonicorum Magistris, Commendatoribus et Praeceptoribus eorumque nec non Praedicatorum, Minorum, Heremitarum Sancti Augustini et Beatae Mariae Carmelitarum ac aliorum ordinum quorumcunque domorum et conuentuum fratribus Regularibus et Conuentualibus, exemptis et non exemptis, caeterisque Presbyteris, Clericis, Notariis et Tabellionibus publicis, ac fructuum et reddituum, prouentuum Camerae Apostolicae Collectoribus et Subcollectoribus pro tempore existentibus quibuscunque per sacrum Imperium praedictum ac dictorum Dominorum Archiepiscoporum et Episcoporum Prouincias, Civitates et Dioeceses, ac alias ubilibet constitutis et eorum cuilibet in solidum, nec non Illustribus Principibus et nobilibus, potentibus et magnificis uiris Dominis Ludouico, Sigismundo, Friderico, Alberto, Christophoro, Wolfgango, Georgio et Philippo Comitibus Palatinis et Ducibus Bauariae caeterisque Dominis Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Vicecomitibus, Baronibus, Militibus, Militaribus, Nobilibus, Armigeris, gentium armorum Conductoribus, Rectoribus, Gubernatoribus, Prioribus, Marescallis, Capitaneis, Castellanis, Proconsulibus, Consulibus, Magistris iurium, Burgemagistris, Scabinis, Communitatibus, Vniuersitatibus, Ciuibus, Oppidanis, Incolis Ciuitatum, Oppidorum, Castrorum, Villarum, Villagiorum, Urbium, Suburbium et aliorum locorum quorumcunque, Aduocatis, Iudicibus, Praesidibus, Justitiariis, Seruientibus, Clientibus, Scribis, Praetoribus et Officialibus, caeterisque Dominis et personis quibuscunque, jurisdictionem spiritualem et temporalem ac ordinariam per se uel alium seu alios mediate uel immediate per sacrum Imperium, Domina Prouinciasque, Ciuitates et Dioeceses praedictas ac alias



ubicunque pro tempore exercentibus et constitutis, et eorum cuilibet insolidum, ac illi uel illis, ad quem uel ad quos Parochialis Ecclesiae in Königsdorff Frisingensis Dioecesis collatio, prouisio, praesentatio seu quaeuis alia dispositio communiter uel diuisim pertinet ac uniuersis et singulis colonis, censuariis, pensionariis, arrendatoribus, reddituariis, agricultoribus, vindemiatoribus, receptoribus, debitoribus et detentoribus fructuum, reddituum, prouentuum, iurium et obuentionum quarumcunque, ad dictam Parochialem Ecclesiam in Königsdorff spectantium quomodolibet et pertinentium, et praesertim quibusdam Abbati et Conuentui Monasterii in Benedicthenburen Augustensis Dioecesis ex aduerso principalibus, infra ex aduerso principaliter nominatis, omnibusque aliis et singulis, quorum interest uel intererit, quosque infrascriptum tanget negotium seu tangere poterit quomodolibet in futurum, quibuscunque nominibus censeantur, aut quacunque praefuleant dignitate

Nicolans de Edam, Decretorum Doctor, Praepositus Ecclesiae Sancti Andreae Coloniensis, Domini nostri Papae Capellanus, et ipsius Sacri Palatii Apostolici causarum Auditor et Executor unicus ad infrascripta ab eodem Domino nostro Papa specialiter deputatus

Salutem in Domino et nostris huiusmodi imo uerius apostolicis firmiter obedire mandatis.

Noueritis, quod dudum felicitis recordationis . . .

Nun folgt der Inhalt der vorstehenden Urkunde (lit. K) von Nr. 1 — 10 einschließig, wie oben S. 201 bis 210. Nach den Worten: *Audiat Magister Nicolaus de Edam et iustitiam faciat* wird aber hier so fortgefahren:

11. Huiusmodi namque commissionis uigore nos in causa et causis antedictis ac inter partes seu earum procuratores saepetactos ulterius rite procedentes et legitime, seruatis etiam seruandis et cognitis earum meritis, nostram diffinitiuam proxime praecinsertae ipsius Domini Fantini de Valle Auditoris diffinitivae sententiae confirmatoriam etiam cum expensarum condemnatione in scriptis tulimus et promulgauimus sententiam sub huiusmodi tenore:

Christi nomine inuocato, pro tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, per hanc nostram diffinitiuam sententiam, quam de Dominorum Coauditorum nostrorum consilio et assensu ferimus in his scriptis, pronuntiamus, decernimus et declaramus, per Reuerendum Patrem Dominum Fantinum de Valle Coauditorem nostrum in causa, quae coram Reuerendo Patre Domino Joanne de Ceretanis etiam Coauditore nostro in prima, ac coram dicto Domino Fantino de Valle Coauditore in secunda inter Reuerendum Patrem Episcopum et Capitulum Ecclesiae Frisingensis ex una et quosdam Abbatem et conuentum monasterii in Benedicthenburen

Augustensis dioecesis de et supra eo, quod collatio et omnimoda dispositio parochialis ecclesiae in Kunigsdorff Frisingensis dioeceseos eius uacatione occurrente per praefatum Dominum Episcopum uni ex Canonicis dictae Ecclesiae et non alteri facienda ad eundem Dominum Episcopum solum atque in solidum spectat atque pertinet, rebusque aliis in actis expressis partibus ex altera, in prima vertebatur, et nunc eorum nobis in tertia vertitur instantiis, bene fuisse et esse processum, pronuntiatum, sententiatum et diffinitum, ac pro parte eorundem Abbatis et conuentus a praefato Domino Fautino de valle, Coauditore nostro, eiusque diffinitiuam sententiam male fuisse prouocatum et appellatum, ipsiusque Domini Fautini Coauditoris nostri diffinitiuam sententiam huiusmodi confirmandam fore et confirmamus, dictos Abbatem et conuentum in expensis in hac causa coram nobis pro parte eorundem Dominorum Episcopi et Capituli propterea legitime factis condemnandos fore et condemnamus, quarum expensarum taxationem nobis in posterum reseruamus.

Sententiam namque nostram diffinitiuam huiusmodi manu propria hoc subscripsimus modo: *Ita pronunciaui Ego Nicolaus de Edam Auditor.*

12. Postquam uero huiusmodi nostra diffinitiuam sententiam, nulla prouocatione seu appellatione suspensa, in rem transiisset iudicatam, aliam quamdam commissionis siue supplicationis cedulam nobis ex parte saepedicti Domini nostri Papae per unum ex Cursoribus saepedictis praesentatam recepimus, tenorem, qui sequitur, continentem:

Dignetur Sanctitas uestra, Reuerendo Patri Domino Nicolao de Edam, uestri sacri Palatii Apostolici causarum Auditori, qui in quadam causa, quae coram eo in tertia uertebatur instantia inter deuotos eiusdem nestrae Sanctitatis oratores Episcopum, Decanum et Capitulum Ecclesiae Frisingensis ex una, et quosdam Abbatem et Conuentum in Benedictenburen Augustensis Dioecesis super eo, quod collatio, prouisio et omnimoda dispositio parochialis Ecclesiae in Kunigsdorff Frisingensis Dioecesis per praefatum Episcopum uni ex Canonicis dictae Ecclesiae et non alteri facienda et illius occasione partibus ex altera, tertiam diffinitiuam cum expensarum condemnatione aliarum duarum confirmatoriam pro dictis Episcopo, Decano et Capitulo et contra ipsos Abbatem et Conuentum tulit et promulgauit sententiam, committere et mandare, quatenus omnes et singulas expensas, in quibus dictus Abbas et Conuentus in causa huiusmodi sententiabiliter condemnati extiterunt, taxet et moderet, ipsisque taxatis et

moderatis easdem, nec non suam et alias duas diffinitivas sententias pro ipsis oratoribus latis et promulgatas iuxta eandem uim, formam et tenorem more solito et consueto contra dictos Abbatem et Conuentum, contradictoresque et rebelles sub excommunicationis aliisque sententiis et censuris ac poenis ecclesiasticis usque ad inuocationem auxilii brachii saecularis inclusive exequatur et debitae demandet executioni, litterasque desuper in forma solita et consueta suo sub sigillo expediendas decernet et concedat cum potestate, excommunicationem et alias poenas huiusmodi contra dictos Abbatem et Conuentum, contradictoresque et rebelles huiusmodi simul et semel aggrauandi, reaggrauandi et interdicendi ac brachium saeculare inuocandi, dictosque Abbatem et Conuentum ac alios supradictos ob non paritionem litterarum executorialium ipsas poenas incidisse declarandi, faciendique in praemissis et circa ea necessaria et quomodolibet opportuna, constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, stilo Palatii, iuribus, Cancellariae regulis, illa praesertim, qua caueri dicitur, litteras executoriales non aliter quam sub plumbo debere expediri, aliisque contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque.

In fine uero dictae commissionis siue supplicationis cedulae scripta erant de alterius manus littera, superiori litterae ipsius cedulae penitus ac omnino dissimili et diuersa, haec uerba, uidelicet: *De mandato Domini nostri Papae taxet et exequatur idem Auditor, ut petitur, adgrauet etc. etiam cum inuocatione, si et prout de iure, et iustitiam faciat.*

13. Cuius quidem ultimae commissionis uigore nos in causa et causis ac executionis negotio huiusmodi rite et legitime procedere uolentes, ad prouidi uiri Magistri Detmari Calde, in Romana Curia causarum et praefatorum Dominorum Episcopi, Decani et Capituli Ecclesiae Frisingensis Principalium procuratoris instantiam, prouidum uirum Magistrum Joannem Frist in eadem Curia etiam causarum et dictorum Dominorum Abbatis et Conuentus Monasterii Benedictenburen ex aduerso Principalium procuratorem, de quorum procuratorum procuracionum hinc inde mandatis apud acta causae huiusmodi legitimis dignoscitur constare prout constat documentis, ad dicendum et excipiendum, quidquid uerbo uel in scriptis contra praesertam ultimam nobis factam et praesentatam commissionem dicere siue excipere uellet, per certum Domini nostri Papae cursorem citari mandauimus et fecimus ad certum peremptorium terminum competentem. In qua per praefatum Magistrum Detmarn Calde procuratorem, nomine quo supra procuratorio coram nobis in iudicio comparentem, dicti Magistri Joannis Frist ex aduerso procuratoris non comparentis contumacia accusata ipsumque contumacem

reputari petito, ac per nos tunc non immerito id exigente iustitia pro contumace reputato, tandem die uidelicet et hora infrascriptis comparentibus in iudicio legitime coram nobis Magistro Detmaro Calde ex una, et Joanne Frist, procuratoribus praedictis nominibus eorum hinc inde quibus supra procuratoriis partibus ex altera, idem Magister Detmarus Calde procurator in supradicti Magistri Joannis Frist ex aduerso procuratoris praesentia omnibus et singulis expensis pro parte dictorum Dominorum Episcopi, Decani et Capituli Ecclesiae Frisingensis principalium in huiusmodi causa legitime factis, et in quibus praefati Domini Abbas et conuentus Monasterii in Benedictenburen, ex aduerso principales, per praeinsertas diffinitiuas sententias condemnati existunt, de septuaginta quinque florenis auri de Camera boni et iusti ponderis per nos prouida moderatione praenota primitus taxatis, solito ipsius Magistri Detmari Calde procuratoris desuper subsecuto iuramento, dictas diffinitiuas sententias et expensarum taxationem huiusmodi exequi et executioni debitae demandari, litterasque siue processus executorialis desuper opportunas extra Curiam Romanam et ad partes iuxta dictae ultimae nobis factae et praesentatae commissionis uim, formam et tenorem in forma solita et consueta decerni et concedi per nos instanter postulauit.

14. Nos tunc Nicolaus de Edam, Auditor et Executor praefatus, attendentes, postulationem huiusmodi fore iustam et consonam rationi, quodque parum prodesset, sententias ferri et expensas taxari, nisi esset, qui eas debitae executioni demandaret, uolentesque dictam ultimam nobis factam et praesentatam commissionem reuerenter exequi, ipsamque ad effectum debitum deducere, ut tenemur; idcirco auctoritate Apostolica nobis commissa et qua fungimur in hac parte, ad dicti Magistri Detmari Calde procuratoris instantiam in supradicti Joannis Frist ex aduerso procuratoris praesentia sententias diffinitiuas et expensarum taxationem huiusmodi exequendas et debitae executioni demandandas fore decreuimus et decernimus per praesentes, has nostras litteras siue processus executorialis desuper nostro sub sigillo concedentes sub modificatione infrascripta.

15. Quae omnia et singula praemissa, praeinsertas commissiones et diffinitiuas sententias et hunc nostrum processum, nec non quaecunque in eis contenta uobis omnibus et singulis supradictis, quibus praesens noster processus dirigitur, intimamus, insinuamus et ratificamus, et ad uestram et cuiuslibet uestrum notitiam deducimus et deduci uolumus per praesentes uosque nihilominus et uestrum quemlibet auctoritate praedicta tenore praesentium inquirimus et monemus primo, secundo et tertio peremptorie, ac uobis et uestrum cuiuslibet in uirtute sanctae obedientiae et sub infrascriptis sententiarum poenis districte praecipientes mandamus, quatenus infra sex dierum spatium post praesentationem seu notificationem praesentium et re-

quisitionis nobis aut alteri uestrum pro parte dictorum Dominorum Episcopi, Decani et Capituli Ecclesiae Frisingensis principalium desuper factam immediate sequentium, quorum sex dierum duos pro primo, duos pro secundo et reliquos duos dies uobis uniuersis et singulis supradictis pro tertio et peremptorio termino ac canonica monitione assignamus, eosdem Dominos Episcopum, Decanum et Capitulum Ecclesiae Frisingensis de et super collatione, prouisione et omnimoda dispositione parochialis Ecclesiae in Kunigsdorff, eius uacatione occurrente uni ex Canonicis dictae Ecclesiae Frisingensis et non alteri facienda et illarum occasione a praefatis Abbate et Conuentu Monasterii in Benediktenburen ex aduerso principalibus impeti, molestari, vexari, pertubari, inquietari aut quoquomodo impedi non permittatis, ipsos ab impetitionibus, molestationibus, uexationibus et perturbationibus et impedimentis supradictis defendatis et tueamini, et ab aliis tueri et defendi faciatis et permittatis. Nec non praefatos Dominos Abbatem et Conuentum Monasterii in Benediktenburen ex aduerso principales, ut ab impetitionibus, molestationibus, uexationibus, perturbationibus, inquietationibus, impedimentis huiusmodi ac etiam iactationibus et oppositionibus quibuscunque de caetero abstineant et desistant, ac ipsos Dominos Episcopum, Decanum et Capitulum Ecclesiae Frisingensis principales, eorum iuribus et possessionibus pacifice et quiete uti et gaudere permittant, omnibus uis iuris et remediis opportunis cogatis, compellatis et constringatis. Vos denique, Abbas et Conuentus, ex aduerso principales, ab impetitionibus, molestationibus, uexationibus, perturbationibus, inquietationibus, impedimentis, iactationibus, oppositionibus praetactis super collatione, prouisione et dispositione praemissis, praefatis Dominis Episcopo, Decano et Capitulo Ecclesiae Frisingensis principalibus sicut praemittitur factis et praestitis, penitus et omnino desistatis, neque eosdem Dominos Episcopum, Decanum et Capitulum Ecclesiae Frisingensis principales de et super praemissis de caetero quoquo modo impetatis, molestetis, uexetis, perturbetis aut impediatis, seu impetere, molestare, uexare, perturbare seu quomodolibet impedire praesumatis.

16. Monemus insuper modo et forma praemissis ac sub eisdem infrascriptis sententiarum poenis uos Dominos Abbatem et Conuentum Monasterii in Benediktenburen, ex aduerso principales supradictos, quatenus infra triginta dierum spatium post notificationem, praesentationem et requisitionem pro parte dictorum Dominorum Episcopi, Decani et Capituli Ecclesiae Frisingensis principalium desuper uobis factas immediate sequentium, quorum triginta dierum decem pro primo, decem pro secundo, et reliquos decem dies uobis pro tertio et peremptorio termino ac monitione canonica assignamus, eisdem Dominis Episcopo, Decano et Capitulo Ecclesiae

Frisingensis principalibus uel procuratori eorum legitimo pro eis, ad hoc sufficiens mandatum habenti pro eis, de praedictis septuaginta quinque florenis auri de Camera ratione expensarum litis et causae ut praemittitur sententialiter condemnatis et taxatis, ac etiam quatuor aliis similibus florenis auri de Camera in et pro expeditione praesentium litterarum nostrarum expositis, in quibus uos Dominos Abbatem et Conuentum Monasterii in Benedicthenburen ex aduerso principales condemnauimus, et processum nostrum huiusmodi taxauimus ad eosdem, prout et condemnamus et taxamus per praesentes, realiter satisfaciatis, ac realem ac condignam satisfactionem et solutionem impendatis cum effectu, aut medio tempore conueniatis et concordetis uos amicablem super praemissis cum eisdem.

17. Inhibemus nihilominus uobis omnibus et singulis, et generaliter quibuscunque aliis, cuiuscunque etiam dignitatis, status, gradus, ordinis uel conditionis existant, sub eisdem infrascriptis sententiis et censuris, ne praefatis Dominis Episcopo, Decano et Capitulo Ecclesiae Frisingensis principalibus uel procuratori eorum, quominus ipsi ab impetitionibus, molestationibus, vexationibus, perturbationibus et impedimentis praedictis defendantur et tueantur seu defendi et tueri possint et ualeant, aut sibi uel dicto eorum procuratori pro eis de praedictis septuaginta quinque et quatuor florenis tam ratione expensarum quam alias ut praemittitur taxatis, debita et condigna satisfactio impendatur cum effectu omniaque alia et singula supra et infra scripta suum debitum consequantur effectum, impedimentum aliquod praestiteritis seu praestiterit aut impediētibus ipsos Dominos Episcopum, Decanum et Capitulum Ecclesiae Frisingensis principales uel procuratorem super praemissis detis seu dent per se uel alium seu alios consilium, auxilium uel fauorem publice uel occulte, directe uel indirecte, quomnis quaesito colore uel ingenio.

Alioquin si praemissa omnia et singula non adimpleueritis, mandatisque et monitionibus ac inhibitionibus nostris huiusmodi, imo uerius Apostolicis, non parueritis cum effectu, nos in uos omnes et singulos supradictos, qui culpabiles fueritis in praemissis, et generaliter in contradictores quoslibet et rebelles ac impediētes dictos Dominos Episcopum, Decanum et Capitulum Ecclesiae Frisingensis principales uel procuratorem eorum super praemissis in aliquo, ac etiam ipsis impediētibus dantes consilium, auxilium uel fauorem, cuiuscunque status, dignitatis, gradus, ordinis, conditionis aut praeminentiae existant, ut praefertur, singulariter in singulos dictis monitionibus canonicis praemissis ex nunc prout ex tunc et ex tunc prout ex nunc excommunicationis, in capitula uero, conuentus et collegia quaecunque in his delinquentia suspensionis a diuinis et in quorumcunque delinquentium et rebellium huiusmodi Ecclesias, Mo-

nasteria et Capellas interdicti sententias ferimus in his scriptis et etiam promulgamus.

18. Vobis uero, Reuerendissimis et Reuerendis Principibus, Dominis, Archiepiscopis et Episcopis praefatis, quibus ob Reuerentiam uestrarum pontificalium dignitatum deferimus in hac parte, si tamen contra praemissa uel aliquod praemissorum per uos uel submissas uobis personas feceritis, praedicta sex dierum canonica monitione praemissa, ingressum Ecclesiae interdicimus in his scriptis. Si uero huiusmodi interdictum per alios sex dies immediate sequentes sustinueritis, uos in his scriptis eadem monitione praemia suspendimus a diuinis. Verum si praefatas interdicti et suspensionis sententias per alios sex dies, dictos duodecim dies immediate sequentes, animis quod absit sustinueritis induratis, nos in his scriptis simili monitione canonica praemissa ex nunc prout ex tunc, et ex tunc prout ex nunc excommunicationis sententia innodamus.

19. Caeterum cum ad executionem praemissorum ulterius faciendam nequeamus quoad praesens, pluribus aliis negotiis in Romana Curia impediti, personaliter interesse, uniuersis et singulis Dominis Abbatibus, Prioribus, Praepositis, Decanis, Archidiaconis, Scholasticis, Cantoribus, Custodibus, Thesaurariis, Succentoribus, Sacristis, tam cathedralium quam collegiatarum Canonicis, parochialiumque Ecclesiarum Rectoribus seu Locum tenentibus, earundemque Plebanis, Viceplebanis, Capellanis curatis et non curatis, Vicariis perpetuis, Altaristis caeterisque Presbyteris, Clericis, Notariis et Tabellionibus publicis quibuscunque per Prouincias, Civitates ac Dioeceses praedictas et alias ubilibet constitutis et eorum cuilibet in solidum, super ulteriori executione dictae nobis ultimo factae commissionis et contentorum in eadem facienda, auctoritate praedicta tenore praesentium committimus plenarie uices nostras, donec eas ad nos duxerimus reuocandas. Quos et eorum quemlibet eisdem auctoritate et tenore requirimus et monemus primo, secundo, tertio et peremptorie, ipsis et eorum cuilibet in uirtute sanctae obedientiae et sub excommunicationis poena, quam in eos et eorum quemlibet ex tunc prout ex nunc canonica monitione praemissa ferimus in his scriptis, nisi fecerint, quae mandamus, districte praecipiendo mandantes, quatenus infra tres dies, post requisitionem ipsis seu alteri ipsorum pro parte dictorum Dominorum Episcopi, Decani et Capituli Ecclesiae Frisingensis principalium uigore praesentium desuper factam immediate sequentes, quos tres dies ipsis et eorum cuilibet pro omni dilatione terminoque peremptorio ac monitione canonica assignamus, ita tamen, quod in his exequendis unus eorum alterum non expectet, nec alter pro alio se excuset, ad omnes et singulos praedictos, quibus praesens noster processus dirigitur, personasque et loca, de quibus, ubi, quando et quotiens expediens fu-

erit, personaliter accedant et huiusmodi nostros processus et quaecunque in eis contenta vobis (!) communiter et diuisim legant, intiment, insinuent, notificent et publicari procurent, ac praefatos Dominos Episcopum, Decanum et Capitulum Ecclesiae Frisingensis principales de et super collatione, promissione et omnimoda dispositione dictae parochialis Ecclesiae in Königsdorff, eius uacatione occurrente uni ex Canonicis dictae Ecclesiae Frisingensis et non alteri facienda, et illarum occasione a praefatis Dominis Abbate et conuentu Monasterii in Benediktenburen ex aduerso principalibus impedi, molestari, uexari, perturbari, inquietari, aut quoquo modo impediri non permittant, ipsosque ab impetitionibus, molestationibus, uexationibus, perturbationibus, inquietationibus et impedimentis praedictis defendant et tueantur et ab aliis tueri et defendi faciant et permittant. Nec non praefatos Dominos Abbatem et conuentum Monasterii in Benediktenburen ex aduerso principales, ut ab impetitionibus, molestationibus, uexationibus, perturbationibus, inquietationibus et impedimentis huiusmodi ac etiam iactationibus et oppositionibus quibuscunque de caetero abstineant et desistant, ac ipsos Dominos Episcopos, Decanum et Capitulum Ecclesiae Frisingensis principales eorum iuribus et possessionibus pacifice et quiete uti et gaudere permittant, omnibus uis iuris et remediis opportunis cogant, compellant et constringant, ipsisque Dominis Episcopo, Decano et Capitulo Ecclesiae Frisingensis principalibus seu eorum procuratori pro eis de dictis septuaginta quinque et quatuor florenorum summis solutionem et satisfactionem cum effectu impendi faciant et curent infra terminos praenotatos.

Et si forsan, quod non credimus, dicti Domini Abbas et conuentus Monasterii in Benediktenburen ex aduerso principales caeterique contradictores et rebelles mandatis, mentionibus et inhibitionibus ac processibus huiusmodi nostris, imo uerius Apostolicis, intra dictos terminos eis respectiue assignatos, non paruerint realiter et cum effectu, dictas sententias in eos ut praemittitur latis damnabiliter incurrendo, omnes et singulos subdelegatos nostros et eorum quolibet modo et forma praemissis requirimus et monemus, ipsi et eorum cuilibet sub dicta excommunicationis poena committentes et mandantes, quatenus singulis diebus Dominicis et festiuis in suis ecclesiis, monasteriis et capellis infra missarum et aliarum diuinarum horarum solennia, populi multitudine inibi ad diuina huiusmodi audienda seu alias legitime congregata, ac alias, ubi, quando et quotiens pro parte dictorum Dominorum Episcopi, Decani et Capituli Ecclesiae Frisingensis principalium desuper requisiti fuerint, seu alter eorum fuerit requisitus, praefatos Dominos Abbatem et conuentum Monasterii in Benediktenburen, ex aduerso principales, caeterosque contradictores et rebelles excommunicatos publice de-



nuncient et ab aliis, quantum in eis fuerit, denunciari, et ab omnibus Christi fidelibus arctius euitari faciant, donec et quousque aliud a nobis uel superiori nostro super hoc receperint in mandatis.

20. Si uero dicti Domini Abbas et conuentus Monasterii in Benedictenburen ex aduerso principales caeterique contradictores et rebelles dictam excommunicationis sententiam per decem dies, illius denunciationem immediate sequentes, pertinaciter sustinuerint, nos ex tunc, quia crescente contumacia et inobedientia merito crescere debet et poena, ne facilitas ueniae audaciam tribuat delinquendi, processus nostros huiusmodi aggrauamus, dictis subdelegatis nostris sub excommunicationis poena praedicta mandantes, quatenus singulis diebus Dominicis et festiuis in eorum Ecclesiis, Monasteriis et Capellis infra missarum et aliarum praescriptarum horarum solennia, dictae excommunicationis denunciationem reiterando et innouando, eosdem Dominos Abbatem et conuentum Monasterii in Benedictenburen ex aduerso principales ac contradictores et rebelles sicuti praemittitur excommunicatos denunciatos nominatim campanis pulsatis, candelis accensis ac demum extinctis et in terram proiectis, cruce erecta et religione induta, aquam benedictam aspergendo ad fugandos daemones, qui eos detinent sic ligatos et laqueis suis cathenatos, orando, quod Dominus noster Jesus Christus eos ad catholicam fidem et sanctae nostrae Ecclesiae gremium reducere dignetur, nec eos in talibus pernertitate et duritia dies eorum finire permittat, cum decantatione Responsorii: *Reuelabunt coeli iniquitatem Iudae* et Psalmi: *Deus laudem meam ne tacueris* et cum Antiphona: *Media uita in morte sumus* totaliter, et hiis finitis ad ianuas ecclesiarum suarum unacum Clericis et Parochianis accedendo et ad terrorem, ut ipsi Domini Abbas et conuentus Monasterii in Benedictenburen ex aduerso principales ac contradictores et rebelles eo citius ad obedientiam redeant, tres lapides uersus domus habitationum suarum proiciendo, in signum maledictionis aeternae, quam dedit Deus Thore, Dathan et Abyran, quos tamen (*terra*) sustinere non potuit, sed iusto Dei iudicio uiuos absorbit, ut descenderent in infernum uiuentes, etiam post Missam et in Vesperis et aliis quibuscunque horis canonicis et praedicationibus publicis sollemniter publicent et denuncient ac ab aliis, quantum in eis fuerit, publicari et denunciari et ab omnibus Christi fidelibus arctius euitari faciant, donec et quousque aliud a nobis uel Superiori nostro desuper habuerint in mandatis.

21. Verum sic praefati denunciati et aggrauati per alios decem dies, dictos decem dies immediate sequentes, praefatas denunciationes et aggrauationes ad eorum notitiam deductas animis quod absit sustinuerint induratis, nos ex tunc, quia peruersorum audacia praesumptina id exigit, ut unica poena non contenti fortioribus arcean-

tur poenis, ne fides eorum laedatur, qui Superioribus semper obedientiam impenderunt, processus nostros huiusmodi reaggrauantes supradictis subdelegatis nostris sub dicta excommunicationis poena mandamus, quatenus dicta auctoritate apostolica omnes et singulos Christi fideles utriusque sexus homines et praesertim familiares et seruitores denunciatorum et aggrauatorum huiusmodi modo et forma praemissis moneatis et requiratis primo, secundo et tertio peremptorie, quos nos etiam tenore praesentium requirimus et monemus, ac ipsis et eorum cuilibet in uirtute sanctae obedientiae et sub excommunicationis poena districtius iniungatis, prout nos etiam iniungimus eisdem, quatenus infra sex dierum spatium post monitionem et requisitionem huiusmodi ipsis per eos (*uos*) factam immediate sequentes, quos sex dies illis et eorum cuilibet pro omni dilatione terminoque peremptorio ac monitione canonica assignent (!), prout nos eisdem assignamus, a participatione, communione et familiaritate ac seruitio ipsorum denunciatorum et aggrauatorum penitus et omnino desistant et quilibet eorum desistat, nec cum eisdem denunciatis et aggrauatis aut eorum altero loquendo, stando, ambulando, salutando, hospitando, comedendo, bibendo, molendo, coquendo, cibum, potum, aquam uel ignem ministrando, aut aliquo humanitatis solatio, praeterquam in casibus a iure permissis, participare praesumant uel praesumat. Et si in contrarium fecerint, nos in eos et eorum quemlibet cum dictis denunciatis et aggrauatis rebelliter participantes et contrafacientes ex nunc prout ex tunc et ex tunc prout ex nunc, dicta sex dierum canonica monitione praemissa, excommunicationis sententiam ferimus in his scriptis et etiam promulgamus, dictis subdelegatis nostris modo et forma praemissis districte praecipiendo mandantes, quatenus singulis diebus Dominicis et festiuis, quotiens expediet, in suis Ecclesiis, Monasteriis et Capellis infra missarum et aliarum praescriptarum horarum solennia praefatos Christi fideles, familiares et seruitores, qui cum dictis denunciatis et aggrauatis rebelliter participauerint, excommunicatos tam diu publice denuncient et ab aliis, quantum in eis fuerit, publice denunciari ac ab omnibus Christi fidelibus arctius euitari faciant, donec et quousque aliud a nobis uel Superiori nostro desuper habuerint in mandatis.

22. Praeterea, si praefati denunciati, aggrauati et reaggrauati reaggrauationem nostram huiusmodi per alios decem dies, illius denunciationem et dictos uiginti dies immediate sequentes, sustinuerint, Pharaonis duritiam imitando, ad modum aspidum surdarum aures suam obdurantium, ne uoces audiant incantantium, nos ex tunc prout ex nunc lapsis terminis antedictis omnes et singulas ciuitates, terras, oppida, castra, uillas, suburbia ac quarumcunque Ecclesiarum collegia, parochias et alia quaecunque loca, in et sub quibus seu ad quae dictos denunciatos, aggrauatos aut eorum aliquem mo-

rari, declinare seu deuenire contigerit, quamdiu ibidem fuerint seu aliquis eorum fuerit, ecclesiastico ſupponimus interdicto, mandantes omnibus et ſingulis ſubdelegatis noſtris ſupradictis, modo et forma praemiſſis, quatenus ex tunc, quamdiu iidem denunciati, aggrauati ac reaggrauati in locis praedictis fuerint ſeu aliquis eorum fuerit, ceſſent et ab aliis ceſſari faciant apertis ianuis a diuinis. Quam quidem ceſſationem etiam per tres dies continuos poſt ipſorum denunciatorum, aggrauatorum et reaggrauatorum uel alterius eorundem abinde reſeſſum obſeruent et continuent, et ab aliis, quantum in eis fuerit, obſeruari et continuari faciant et permittant. Ita et taliter, quod huiusmodi ſtante interdicto nulla eccleſiaſtica ſacramenta in et ſub eiſdem locis, in quibus dicti denunciati, aggrauati et reaggrauati fuerint ſeu eorum alter fuerit, miniſtrentur, niſi poenitentia et baptiſmus omnibus indifferenter, Euchariſtia infirmis tantum et matrimonium ſine eccleſiaſtica ſolemnitate contrahatur inibi et ſub eiſdem locis decedentibus eccleſiaſtica denegetur ſepultura.

23. Demum uero, ſi praefati denunciati, aggrauati, reaggrauati et interdicti huiusmodi interdictum per alios decem dies, ipſius publicationem et dictos triginta dies immediate ſequentes, ſuſtinerint, et proceſſibus, mandatis, inhibitionibus et monitionibus noſtris huiusmodi, imo uerius Apoſtolicis, non paruerint cum effectu, quod Deus auertat, nos ex tunc, quia mucrone non proficientibus (!) eccleſiaſtico temporalis gladius non immerito ſuffragatur, auxilium brachii ſaecularis duximus inuocandum, ut, quos timor Dei a malo non reuocat, temporalis tamen exerceat ſeueritas diſciplinæ. Hinc eſt, quod Vos, Glorioſiſſimum et Inuictiſſimum Principem et Dominum, Dominum Imperatorem antedictum, dicti gladii uibratorem principalem et iuſtitiae zelatorem, in Domino exhortamur, Voſque, Illuſtres Principes et Dominos Dominos Marchiones, Duces, Comites, Barones, Milites, Militares, Armigeros, Proconſules, Conſules, Magiſtros ciuium, Scabinos, Scultetos, Iuſtitiariorum, Iudices et Officiales, caeterasque perſonas, iuriſdictionem temporalem et ordinariam per ſe uel alium ſeu alios exercentes antedictos, quibus praesens noſter proceſſus dirigitur, auctoritate Apoſtolica ſupradicta tenore praesentium requirimus et monemus primo, ſecundo, tertio et peremptorie, Voſiſque et Veſtrum cuiſlibet in uirtute ſanctae obedientiae et ſub excommunicationis poena, quam in uos et ueſtrum quemlibet canonica monitione praemiſſa ferimus in his ſcriptis, niſi feceritis, quae mandamus, ſtrictè praeciſiſſimo mandantes, quatenus infra ſex dierum ſpatium, ſupradictos terminos ſucceſſiue expreſſatos nec non ratificationem et publicationem praesentium, Voſiſ aut alteri Veſtrum in ueſtris territoriis, iuriſdictionibus et diſtrictibus deſuper factam, immediate ſequentium, quorum ſex dierum duos pro primo, duos pro ſecundo et reliquos duos uobis et ueſtrum cuiſlibet pro tertio et

peremptorio termino ac monitione canonica assignamus, Vos omnes et singuli Domini temporales antedicti et quilibet Vestrum, quorum omnium super hoc auxilium brachii saecularis inuocamus, quotiens et quando pro parte dictorum Dominorum Episcopi, Decani et Capituli Ecclesiae Frisingensis principalium fueritis requisiti, seu alter Vestrum fuerit requisitus, in iuris subsidium contra praefatos denunciatos, aggrauatos, reaggrauatos et interdictos dicta auctoritate apostolica per captionem, inuasiouem, incarcerationem et detentionem personarum, corporum, rerum et bonorum ipsorum insurgatis et alios insurgere faciatis, nec non personas, corpora, res et bona eorundem et cuiuslibet eorum capiatis, inuadatis et incarceretis ac in custodia teneatis, arrestetis et occupetis per uos seu alium seu alios, ac quilibet Vestrum, qui super hoc ut praemittitur requisitus fuerit, capiat, inuadat, incarceret, custodiat, detineat, arrestet et occupet libere et licite. Super quibus omnibus et singulis Vobis et Vestrum cuiuslibet licentiam plenariamque potestatem concedimus per praesentes, dictosque denunciatos, aggrauatos, reaggrauatos et interdictos taliter et ita astringatis et compellatis potenter, etiam manu forti, absque graui tamen corporum laesione eorundem, usque ad integram satisfactionem et partitionem omnium et singulorum praemissorum, dictis Dominis Episcopo, Decano et Capitulo Ecclesiae Frisingensis principalibus impendendam, ac donec et quousque dicti Domini Abbas et conuentus Monasterii in Benediktenburen, ex aduerso principales, de praedictis septuaginta quinque et quatuor florenis ratione expensarum alias ut praemittitur taxatis, realiter et cum effectu satisfecerint, ipsique Domini Abbas et conuentus Monasterii in Benediktenburen ex aduerso principales, caeterique contradictores et rebelles ab impetitionibus, molestationibus, uexationibus, perturbationibus, inquietationibus et impedimentis huiusmodi, ac etiam iactationibus et oppositionibus quibuscumque penitus et omnino destiterint et ad sanctae Matris Ecclesiae gremium redierint, beneficiumque absolutionis a sententiis, censuris et poenis praedictis a nobis uel superiori nostro meruerint obtinere.

24. Quod si forte Vos, Gloriosissime et Inuictissime Princeps et Domine Domine Imperator, executor iustitiae, praesentis nostri processus ac mandatorum nostrorum, imo uerius Apostolicorum, huiusmodi transgressor, contradictor uel neglector fueritis, quod tamen Vestrae Imperialis Majestatis praefulgidae iam dudum per totum orbem diuulgatae obedientia suspicari non sinit, procul dubio etiam iusti Iudicis officium offenderetis et praemium uobis, alias nobis pro executione iustitiae a Deo paratum, nihilominus amitteretis, licet uos huiusmodi nostris sententiis sic ligari nolumus, uobis ob reuerentiam uestrae Imperialis Majestatis non immerito deferendo, intuitu tamen iustitiae et ob Sedis Apostolicae dictique Domini nostri

Papae reuerentiam Vestram Imperialem Majestatem ad praefatam executionem effectualiter adimplendam, prout ad eandem spectat et pertinet, in Domino exhortamur.

25. Et generaliter dicti subdelegati nostri omnia alia et singula nobis in hac parte commissa plenarie exequantur iuxta dictae ultimae nobis factae et praesentatae commissionis uim, formam et tenorem, ita tamen, quod iidem subdelegati nostri uel quicumque alter in praeiudicium dictorum Dominorum Episcopi, Decani et Capituli Ecclesiae Frisingensis principalium uel procuratoris eorum nihil ualeant attentare, nec circa processus per nos habitos, neque dictas sententias per nos latas absoluendo uel suspendendo aliquid immutare. In caeteris autem, quae dictis Dominis Episcopo, Decano et Capitulo Ecclesiae Frisingensis principalibus uel eorum procuratori nocere uel obesse possint in praemissis, praefatis nostris subdelegatis et eorum cuilibet potestatem omnimodam denegamus.

Si uero contingat, uos super praemissis in aliquo procedere, de quo nobis potestatem omnimodam reseruamus, non intendimus propterea commissionem nostram huiusmodi in aliquo reuocare, sine de reuocatione ipsa specialem et expressam in nobis (!) litteris fecerimus mentionem, praefatas quoque litteras siue processus executoriales uolumus penes dictos Dominos Episcopum, Decanum et Capitulum Ecclesiae Frisingensis principales uel eorum procuratores remanere, et non per uos uel aliquem uestrum seu quemcunque alium ipsis inuitis quolibet modo detineri; contrarium uero facientes praefatis nostris sententiis, prout in scriptis latae sunt, ipso facto uolumus subiacere. Mandamus tamen copiam fieri de praemissis eam petentibus et habere debentibus, petentium quidem sumptibus et expensis. Absolutionem uero omnium et singulorum, qui praefatas nostras sententias aut earum aliquam incurrerint siue incurrerit quoquo modo, nobis et Superiori nostro tantummodo reseruamus.

26. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium praesentes litteras siue praesens publicum instrumentum, huiusmodi nostros processus executoriales in se continentes siue continens, exinde fieri et per Notarium publicum nostrumque et huiusmodi causae coram nobis scribam infrascriptum subscribi et publicari mandauimus nostrique sigilli iussimus et fecimus appensione communiri.

Datum et actum Romae apud sanctum Petrum in Pallatio caesarum Apostolico, in quo iura reddi solent, nobis inibi mane hora tertiaria (!) et audientiae causarum consueta ad iura reddendum et causas audiendum in loco nostro solito pro tribunali sedentibus, sub anno a Natiuitate Domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo tertio, Indictione sexta, die uero Mercurii, uicesima mensis Octobris, Pontificatus praefati Sanctissimi Domini nostri Domini Sixti Papae quarti Anno tertio.

Praesentibus ibidem discretis viris Magistris Joanne Erchileus et Joanne Parchern, Notariis publicis scribisque nostris, Clericis Leodiensis et Andegauensis Dioecesis, testibus ad praemissa uocatis specialiter atque rogatis.

(L. sig.) *Et ego Alardus Spaen, Clericus Lubecensis, publicus Apostolica et Imperiali auctoritatibus Notarius, praefatique Reuerendi Domini Nicolai de Edam Auditoris et Executoris ac huiusmodi causae coram eo scriba, quia huiusmodi litterarum executioni, petitioni et decreto, monitionibus, requisitionibus, inhibitionibus, sententiarum et reseruationum fulminationibus, subdelegationibus omnibusque aliis et singulis praemissis, dum sic, ut praemittitur, per eundem Dominum Nicolaum Auditorem ac Executorem ac coram eo fierent et agerentur, cum praenominatis testibus praesens interfui, eaque sic fieri uidi et audiui, ac alia praemissa in actis causae huiusmodi reperi et inueni. Ideoque hoc praesens publicum Instrumentum, per alium fideliter scriptum, exinde confecii, subscripsi, publicauit et in hanc publicam formam redegi, signoque et nomine meis solitis et consuetis unacum praelibati Reuerendi Patris Domini Nicolai Auditoris et Executoris sigilli appensione signauit, rogatus et requisitus in fidem et testimonium omnium et singulorum praemissorum.*

(L. sig.) *Praesens istud Rotalium Curiae Romanae Processuum exemplar diuersorum, uti apparet, manibus tumultarie in 50 paginis descriptum, Ego Notarius infranominatus cum suo antiquo uero Originali diligenter contuli, et ad eiusdem tenorem fideliter correxi, ita ut iam eidem Originali de verbo ad verbum concordare bona fide affirmem, praeter lacunas illas pag. 7 linea penultima, pag. 8. linea 6. 7 — 13 et 19, pag. 16. linea 8, quarum lacunarum verba in ipso (alioquin quoad litteram, signum et subscriptionem Notarii, atque appendens Domini Auditoris Judicis sigillum integro minimeque suspecto) Originali, propter complicationem in rugis euanuerunt. In reliquis praedictae omnimodae concordantiae fidem facio hac propria manu signoque Notariatus et sigillo meis solitis et consuetis.*

*Frisingae die 21. Aprilis 1631.*

(L. S.) *Joannes Fiernhamer, Presbyter Frisingensis, ad D. Andream ibidem Canonicus, sacra Apostolica auctoritate publicus, et in Archivo Romanae Curiae immatriculatus Notarius mpa.*

## Beilage M.

Das Kloster Benedictbeuern unterwirft sich der Sentenz  
der Rota Romana wegen der Pfarrey Königsdorf.

11. Dec. 1473.

In nomine Domini Amen. Anno a Natiuitate eiusdem millesimo quadringentesimo septuagesimo tertio, indictione sexta, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris et Domini nostri Domini Sixti Pape quarti anno tercio, die vero Saturni, vndecima mensis Decembris hora meridiei uel quasi, in Monasterio Benedictenpewren, ordinis sancti Benedicti, Augustensis Dioecesis, in stuba abbaciali eiusdem Monasterii, in meique Notarii publici et testium infrascriptorum ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum praesencia personaliter constituti Reuerendus Pater Dominus Wilhelmus permissione diuina Abbas et Religiosi fratres Prior et Conuentus dicti Monasterii in Benedictenpewren, in praefata stuba abbaciali ad sonum campanae et capitulariter ut moris est congregati, proposuerunt et asseruerunt, quod die Lunae, sexta dicti mensis Decembris, anno praesenti ipsis exponentibus nonnullae litterae executoriales Reuerendi Patris Domini Nicolai de Edam, decretorum Doctoris, Praepositi Ecclesiae sancti Andreae Coloniensis, Domini nostri Pape Capellani ac ipsius sacri Palatii apostolici causarum Auditoris, ad instanciam Reuerendi in Christo Patris et Domini Domini Johannis, Dei et apostolicae Sedis gratia Episcopi Frisingensis, ac venerabilium virorum Dominorum Decani et Capituli eiusdem Ecclesiae Frisingensis decreta et fulminate eis insinuate et ut eisdem ac sententiae in ipsis contentae parere curarent requisiti fuerint, prout in litteris executorialibus et requisitoriis huiusmodi plenius asseruerunt contineri. Vnde prelibati Domini Abbas et Conuentus sic ut premittitur capitulariter congregati, non ui uel metu inducti, sed sponte et libere vnanimiter nullo discrepante asseruerunt et dixerunt, quod ipsi tanquam filii obediencie mandatorum apostolicorum mandatis et sententiae, in ipsis litteris executorialibus contentis, obedire et parere ac condemnata in eisdem litteris contenta iuxta ipsarum tenorem infra terminum, in praedictis litteris executorialibus specificatum, exoluere et de eis satisfacere vellent, prout praetacti Domini Abbas et Conuentus sententiae huiusmodi in sepedictis litteris contentae pro tunc quantum in eis erat et prout tenebantur paruerunt, protestantes publice et expresse, quod huiusmodi sententiae in praefatis litteris executorialibus contentae acquiescere, parere ac mandatis tam dicti Domini Auditoris quam Sedis apostolicae in omnibus obedire vellent, ut tenerentur.

Super quibus omnibus et singulis vnum uel plura publicum seu publica prelibati Domini Abbas et Conuentus sibi per me No-

tarium publicum subscriptum instrumentum seu instrumenta fieri pecierunt.

Acta sunt hec in prefato Monasterio Benedictenpewren, in stuba abbaciali ibidem, anno, indictione, die, mense, hora, Pontificatu, quibus supra, presentibus ibidem honorabilibus et famosis viris Dominis Joanne Lang Plebano in Hagenheim, Hermanno Sedelmair Vicario in Ettenhofen, Georgio Mairhofer, Joanne Dyeperskircher armigeris, presbyteris ac laicis Augustensis Dyocesis testibus ad premissa vocatis pariter et rogatis \*).

(L. sig.) *Et ego Sebastianus Weinhart de Sechring, Clericus*  
(Not.) *Augustensis Dioecesis, publicus sacra Imperiali auctoritate Notarius. Quia praedictis cessioni, paricioni, solucioni ac omnibus aliis et singulis, dum sic ut praemittitur, fierent et agerentur, vnacum praenominatis testibus praesens et personaliter interfui, eaque sic fieri vidi et audiui, ideoque hoc praesens publicum instrumentum per alium fideliter conscriptum exinde confeci, publicavi et in hanc publicam formam redegi, signoque meo, nomine et cognomine meis solitis et consuetis signavi. In fidem et testimonium omnium et singulorum praemissorum ad hoc specialiter vocatus pariter et rogatus etc.*

### Beilage N.

Der Abt Wilhelm von Benedictbeuern wird von der Communication losgesprochen.

23. März 1474.

In Nomine Domini Amen.

Orta dudum in Romana Curia coram Reuerendo Patre Domino Nicolao de Vbaldis de Perusio, vtriusque juris Doctore, Palacii apostolici causarum Auditore, inter uenerabilem virum Dominum Gasparem Sundhauser, tunc actorem principalem, infra tamen ex aduerso principaliter nominatum, ex vna, et quondam Mathiam Greyff, tunc reum et intrusum in, de et super parochiali Ecclesia sancti Laurentii in Kunigstorff, Frisingensis diocesis, rebusque aliis in actis causae huiusmodi deductis et eorum occasione partibus ex altera, materia questionis, idem Dominus Nicolaus de Vbaldis Coauditor

\*) Von dieser und der nachfolgenden Urkunde liegen Abschriften in den Acten des kgl. Reichsarchivs-Conservatoriums. Die Originale finden sich nicht mehr vor.



noster in huiusmodi causa procedens seruatis seruandis diffinitiuam adiudicatoriam cum fructuum et expensarum condemnatione pro dicto Domino Gaspare Sundhauser ex aduerso principali et contra dictum Mathiam tulit et promulgauit sententiam, que per alias duas diffinitiuas sententias etiam cum expensarum condemnatione latas, quarum ultimam Reuerendus Pater Dominus Bernardus Ronira tunc dicti Palatii Apostolici causarum Auditor promulgauit, prout (?) extitit promulgata et confirmata, et ex post vigore specialis commissionis ipso quondam Domino Bernardo Ronira Auditore praesente, litteris executorialibus in forma solita et consueta juxta ipsius commissionis formam et tenorem contra supradictum Dominum quondam Mathiam Greyff, ut ex aduerso pendebatur, intrusum omnesque alios et singulos intrusos et intrudentes per ipsum quondam Dominum Bernardum Auditorem decretis atque concessis, per quas dictum Mathiam Greyff tunc ex aduerso principalem omnesque alios et singulos supradictos, quatenus praelibato Domino Gaspari Sundhauser tunc principali seu procuratori suo ad hoc mandatum sufficiens habenti possessionem realem et actualem ac corporalem dicte parochialis Ecclesiae in Kunistorff iuriumque et pertinentiarum omnium eiusdem vacuam, liberam et expeditam dimitterent sibi que de illius fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus et obuentionibus vniuersis et singulis responderent ac de septuaginta vno florenis auri de camera, ratione expensarum litisque huiusmodi cause per dictum quondam Dominum Bernardum Ronira Coauditorem nostrum taxatis, realiter et cum effectu sine difficultate et contradictione quibuscunque satisfacerent, monuit et requisivit ac moneri et requiri fecit et mandauit, prout in eisdem litteris executorialibus siue processibus apud acta cause huiusmodi registratis plenius continetur. Quibus quidem litteris executorialibus siue processibus \*) Reuerendo Patri Domino Wilhelmo Abbati Monasterii in Benedictenpewren Augustensis dioecesis principaliter in infrascriptis commissione et sententia principaliter nominato, in dicta parochiali ecclesia in Kimstorff vt penditur ex aduerso intruso, vigore clausule omnesque alios intrusos et intrudentes taliter qualiter insinuos ac contra eundem executorias, prout in quodam dictamine litterarum executorialium executione iusticie vna cum dictis executoribus apud acta cause huiusmodi coram Reuerendo Patre Domino Jacobo de Mucciarelis de Bononia, vtriusque juris Doctore, Basilice principis Apostolorum de vrbe et Bononiensis Ecclesiae Canonico, Curie causarum Camere apostolice generali Auditore, productis et registratis plenius continetur et habetur, idem Reuerendus Pater Dominus Jacobus Auditor dictarum litterarum siue pro-

---

\*) Von hier an scheint dieser Satz nicht richtig copirt worden zu seyn.

cessuum et executorialium earumque executionum vigore pro parte dicti Domini Gasparis Sundhauser, ex aduerso principalis requisitus taliter qualiter procedens sententiam ordinationis siue sententiam (?) in scriptis tulit et promulgauit, per quam supradictum Dominum Wilhelmum Abbatem principalem excommunicationis maioris aliasque sententias, censuras et penas, in dictis litteris executorialibus sic vt praemittitur per dictum quondam Dominum Bernardum Ronira Auditorem decretis et concessis contentas, incurrisse declarauit et pronuntiauit ipsumque Dominum Abbatem principalem pro excommunicato et declarato denunciandum et publicandum et per alios in locis publicis denunciari, publicari et vt talem ab omnibus Christi fidelibus arcius euitari mandandum fore, prout denunciauit, publicauit, denunciarique, publicari et euitari mandauit, aliasque et alia fecit, prout in dicta pensa sententia declaratoria plenius continetur. A qua quidem sententia declaratoria siue ordinatione, postquam pro parte dicti Wilhelmi Abbatis principalis ad Sanctissimum in Christo Patrem et Dominum nostrum Dominum Sixtum diuina prouidencia Papam quartum eiusque sanctam Sedem apostolicam in scriptis appellatum fuisset et prouocatum apostolique petiti fuissent, dictus Dominus noster Papa Sixtus quartus quandam commissionis siue supplicationis cedulam nobis Joanni de Cesarinis, utriusque iuris Doctori, Basilice principis apostolorum de vrbe Canonico, Domini nostri Papae Capellano et ipsius sacri Palatii apostolici causarum Auditori, per vnum ex suis cursoribus presentari fecit, quam nos cum ea, qua decuit, reuerencia recepimus, huiusmodi sub tenore:

Beatissime Pater! Licet quidam Gaspar Sundhauser, assertus Clericus aduersarius, nullam vnquam obtinuerit contra deuotum Sanctitatis vestre oratorem Wilhelmum Abbatem Monasterii in Benediktenpeuren, ordinis sancti Benedicti, Augustensis dioecesis, de et super parochiali ecclesia in Kinigstorff, Frisingensis dioecesis, nec diffinitiuam nec interlocutoriam sententiam, nec etiam aliquas litteras executoriales, nichilominus Reuerendus Pater Dominus Jacobus de Mucciarelis, Curie causarum Camere apostolice generalis Auditor, ad importunam instanciam dicti Gasparis aduersarii eundem Wilhelmum Abbatem oratorem, non uocatum neque citatum saltem legitime, ob pensam non paricionem quarundam pensarum litterarum executorialium, per dictum Gasparem vt penditur, non contra ipsum Abbatem, sed quondam Mathiam Greyff de et super parochiali ecclesia et illius occasione vt praetenditur obtentaram, in pensas penas, sententias et censuras in ipsis pensis litteris contentas incidisse et incurrisse per suam pensam sententiam declarauit, licet vt speratur nulliter et de facto. A qua quidem pensa sententia declaratoria eiusque nullitate

salua pro parte ipsius Wilhelmi Abbatis oratoris ad Sanctitatem vestram sanctamque Sedem apostolicam prouocatum fuit et appellatum. Dignetur igitur Sanctitas vestra, causam et causas appellationis et appellationum huiusmodi nullitatisque, iniquitatis et iniusticie dicte pense declaratorie sententie tociusque pensi processus desuper per dictum Dominum Jacobum Auditorem Camere quomodolibet habiti atque facti attemptatorumque et inuocatorum quorumcunque alicui ex Reuerendis Patribus Dominis vestri sacri Palatii apostolici causarum Auditoribus committere audiendas, cognoscendas, decidendas fineque debito terminandas cum potestate, dictum Gasparem aduersarium omnesque alios et singulos, sua communiter uel diuini interesse putantes, in Romana Curia, extra eam et in partibus citandi, sibique et aliis, quibus videbitur, in forma inhibendi nec non ipsum Wilhelmum Abbatem oratorem a quibusuis excommunicationis aliisque pensis sentiis censurisque ecclesiasticis, in ipsum ut praemittitur latis, simpliciter uel ad cautelam et quatenus indigeat absoluendi, constitutionibus apostolicis, stilo Palatii, iuribus nec non feriis generalibus per Sanctitatem vestram indictis ceterisque in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque.

In fine vero dicte commissionis siue supplicationis cedule scripta erant de alterius manus littera, superiori litterae ipsius cedule penitus et omnino dissimili et diuersa, hec verba, scilicet: *De mandato Domini nostri Papae audiat Magister Johannes de Cesarinis, citet ut petitur, inhibeat et absoluat etiam ad cautelam, si et prout de iure, et iustitiam faciat.*

Post cuius quidem commissionis siue supplicationis cedule praesentationem et receptionem, nobis et per nos ut praemittitur factas, nos in causa et causis huiusmodi procedentes ad prouidi uiri Magistri Johannis Finst, in Romana Curia causarum et Reuerendi Patris Domini Wilhelmi Abbatis principalis praedicti procuratoris, de cuius procuracionis mandato in et ex actis cause huiusmodi legitimis dicitur constare prout constat documentis, instanciam praefatum Dominum Gasparem Sundhauser ex aduerso principalem ad dicendum et excipiendum, quidquid uerbo uel in scriptis contra et aduersus praedictam nobis factam et praesentatam commissionem dicere siue excipere uolebat, per certum Domini nostri Papae cursorem citari mandauimus et fecimus ad certum preemptorium terminum competentem.

In quo adueniente per prouidum uirum Magistrum Dithmarum Calde, in dicta Curia etiam causarum et praefati Domini Gasparis Sundhauser ex aduerso principalis procuratorem, de cuius procuracionis mandato similiter apud acta cause huiusmodi legitimis constat

documentis, nonnullis exceptionibus contra dictam commissionem nobis factam et praesentatam facto, realiter et in scriptis exhibitis atque productis, nos ulterius ad eiusdem Magistri Joannis Finst procuratoris instantiam ulteriore supradictum Dominum Gasparem Sundhauser ex aduerso principalem addicendum et excipiendum, quidquid uerbo uel in scriptis contra et aduersus appellationem a praefato Domino Jacobo de Mucciarelis, Curie causarum Camere apostolice generali Auditore, eiusque sententia et toto processu suo pro parte dicti Domini Wilhelmi Abbatis principalis interpositam, illa prius per dictum Magistrum Johannem Finst procuratorem coram nobis iudicialiter nomine quo supra procuratorio comparentem repetita atque uerbo solum et duntaxat reproducta, dicere sine excipere noluisse, per certum ex Domini nostri Papae cursoribus praefatis citari mandauimus et fecimus ad certum terminum competentem peremptorium.

In quo occurrente comparuit in iudicio coram nobis praefatus Magister Johannes Finst procurator nomine quo supra procuratorio et dicti Domini Gasparis ex aduerso principalis non comparentis contumaciam accusauit ipsumque contumacem reputari per nos instanter postulauit. Quem tunc non comparentem reputauimus merito prout erat suadente iustitia contumacem. Et ipsum in eius contumaciam ad impugnandum et iustificandum, impugnarique et iustificari uidentem, quidquid uerbo uel in scriptis in causa et causis huiusmodi impugnare et iustificare uoluisset, per certum Domini nostri Papae cursorem citari mandauimus ad certum peremptorium terminum competentem.

Quo termino adueniente et in illo praefatus Magister Johannes Finst procurator nomine quo supra procuratorio coram nobis iudicialiter comparens praefati Domini Gasparis Sundhauser ex aduerso principalis non comparentis contumaciam accusauit ipsumque contumacem reputari per nos instanter postulauit. Et in eius contumaciam, huiusmodi termino et actis praefatis sibi assignatis et per nos statutis satisfaciendo, appellationem a dicto Domino Auditore Camere apostolice, eius sententia et toto processu desuper habitis et factis, pro parte sua et contra partem sibi aduersam interpositam omnibus melioribus modo, uia, iure et causa siue forma, quibus melius et efficacius potuit et debuit, iustificauit, processum et sententiam per ipsum Dominum Jacobum Auditorem Curie causarum Camere apostolice generalem habitam et latam eisdem modo, uia et forma, quibus melius et efficacius potuit, impugnando.

Nos tunc dictum Dominum Gasparem Sundhauser ex aduerso principalem non comparentem reputauimus merito prout erat quoad acta et terminum huiusmodi suadente iusticia contumacem. Et in eius contumaciam ipsum Magistrum Dithmarum Calde, ex aduerso

procuratorem praefatum, ad continuam dicti Magistri Johannis Finſt procuratoris inſtanciam ad concludendum et concludi videndum in hac cauſa nec non ad audiendum noſtram in ſcriptis ferri et promulgari ſententiam ſiue ordinationem per vnum ex ſepedictis Domini noſtri Papae cursoribus citari mandauimus et fecimus ad certum peremptorium terminum competentem, uidelicet ad diem et horam infrascriptas.

Quibus aduenientibus comparuit in iudicio coram nobis prouidus vir Magiſter Theodericus Clinckrode, in Romana Curia cauſarum et praefati Domini Wilhelmi Abbatis principalis procurator, de cuius procuracionis mandato ſimiliter in et ex actis cauſae huiusmodi legitimis dicitur conſtare prout conſtat documentis, et in ſupradicti Magiſtri Dithmari Calde ex aduerſo procuratoris itidem praesentis et ſuperuenientis ac audientis praesentia quandam petitionis partis ſue papi cedulam facto, realiter et in ſcriptis exhibuit ſub huiusmodi tenore :

Petit procurator et eo nomine procuratorio venerabilis et religioſi uiri Domini Guillelmi Abbatis Monasterii in Benedic-tenpeyrn, ordinis ſancti Benedicti, Auguſtensis dioceſis, per vos Reuerendum Patrem Dominum Johannem Auditorem praefatum ueſtramque ſententiam ſine ordinationem pronounciari, decerni et declarari, praefatum Dominum Guillelmmum Abbatem a quibuſcunque penſis ſententiis et cenſuris eccleſiaſticis ob non penſam partitionem nonnullarum penſarum litterarum executorialium ad inſtantiam cuiusdam Gasparis Sundhauser, aſſerti Clerici aduerſarii, occasione parochialis eccleſiae Kimsdorff, Friſingensis dioceſis, ut praemittitur exortarum et quibus per Reuerendum Patrem Dominum Jacobum de Mucciareliſ, Curie cauſarum Camere apoſtolice generalem Auditorem, ut penditur incidisse et incurriſſe declaratus, aggrauatus, reaggrauatus vnacum penſo interdico et inuocacione brachii ſaecularis, ad cautelam et quatenus indigeat absoluendum fore et per uos absolui, dictumque Dominum Guillelmmum Abbatem ſimili ſub cautela participationi ſacramentorum et vnioni eccleſiae reſtituendum fore et per uos reſtitui ipſumque ut talem publice denuntiandum et publicandum fore et per uos denuntiari et publicari mandare, litterasque deſuper neceſſarias et opportunas decernendas fore et per uos decerni, dictumque Gasperem aduerſarium in expenſas in huiusmodi cauſa pro parte dicti Guillelmi Abbatis, tam coram praefato Domino Auditore Camere quam uobis propterea legitime factas, de fraudibus proteſtando, condemnandum fore et per uos condemnari aliasque in, de et ſuper praemiſſis omniibus et ſingulis ſibi partique ſue breue fieri iuſticiae complementum.

Praemissa omnia et singula tam coniunctim quam diuisim petit procurator, quo supra nomine, ac aliis omnibus melioribus modo, via, iure, causa, stilo et forma, quibus melius potest atque debet, vestrum desuper benignum officium humiliter implorando. Saluo iure addendi, minuendi, corrigendi, mutandi etc. Et protestatur, prout fuit et est moris et stili etc.

Huiusmodi petitione sic per ipsum Magistrum Theodericum Clinckrode procuratorem nomine quo supra procuratorio data, idem Magister Theodericus in praefati Magistri Dithmari Calde ex aduerso procuratoris praesentia, quantum melius potuit et in eo fuit, in causa et causis huiusmodi conclusit secumque concludi et pro concluso haberi, nec non sententiam siue ordinationem nostram in scriptis ferri et promulgari per nos successiue debita cum instantia postulauit.

Nos tunc Johannes Auditor praefatus renocatis penitus per nos omnibus dilationibus, si que pendeant in huiusmodi causa, et contra quascunque appellationes interpositas, sique sint, apostolis refutatoriis datis, vnacum praefato Magistro Theoderico Clinckrode procuratore concludendum secumque concludi et pro concluso haberi petente duximus more solito concludendum, atque in dicti Magistri Dithmari Calde ex aduerso procuratoris audientis praesentia conclusimus habuimusque et haberi uoluimus pro concluso in eisdem. Et nihilominus visis penitus et diligenter inspectis omnibus et singulis actis, actitatis, litteris, scripturis, privilegiis, instrumentis, iuribus et munimentis in huiusmodi causa datis testimoniumque dictis et depositionibus habitis et factis, de Dominorum Coauditorum nostrorum consilio et assensu, quibus de huiusmodi cause meritis relationem plenariam fecimus et fidelem, nostram in scriptis tulimus et promulgauimus sententiam siue ordinationem in hunc qui sequitur modum:

De Dominorum Coauditorum nostrorum consilio et assensu per hanc nostram sententiam siue ordinationem, quam pro tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes ferimus in his scriptis, pronunciamus, decernimus et declaramus, praefatum Guillelmum Abbatem a quibuscunque pensis sententiis et censuris ecclesiasticis ob non pensam partitionem nonnullarum pensarum litterarum executorialium, ad instanciam cuiusdam Gasparis Sundhauser asserti Clerici aduersarii occasione parochialis Ecclesiae Kimstorff, Frisingensis dioecesis, ut praemittitur exortarum, et quibus per Reuerendum Patrem Dominum Jacobum de Mucciarelis, Curie causarum Camere apostolice generalem Auditorem, ut penditur incidisse et incurrisse declaratus, aggrauatus et reaggrauatus vnacum penso interdicto et inuocatione brachii saecularis, ad cautelam absoluendum fore, prout in persona Magistri Theoderici Clinckrode, dicti Domini Guillelmi Abbatis ad hoc procuratoris legi-

timi, dictam absolutionem humiliter petentis absoluimus ipsumque simili sub cautela participationi sacramentorum et vnioni Ecclesie restituendum fore et restituimus, ipsumque ut talem publice denunciandum fore et publicandum ac publicari et denunciari mandamus litterasque desuper necessarias et oportunas decernendas fore et decernimus, expensas ex causa obmittentes prout obmittimus.

Hanc autem nostram sententiam de manu nostra hoc modo subscripsimus: *Ita pronunciaui ego Johannes de Cesarinis Auditor.*

In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium praenissorum praesens litteras siue praesens publicum instrumentum huiusmodi nostram sententiam in se continentes siue continens exinde fieri et per Notarium publicum nostramque et huiusmodi cause coram nobis scribam infrascriptum subscribi et publicari mandauimus, nostrique sigilli iussimus et fecimus appensione communiri.

Leeta, lata et in scriptis promulgata fuit praecursorum nostra sententia per nos Johannem de Cesarinis Auditorem praefatum. Romae apud sanctum Petrum in Palacio causarum apostolico, in quo iura reddi solent, nobis inibi mane hora audiendarum causarum consueta ad iura reddenda et causas audiendas in loco nostro solito et consueto pro tribunali sedentibus, sub anno a Natiuitate Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo quarto, indictione septima, die nero Mercurii, vicesima tertia mensis Martii, Pontificatus praefati Domini nostri Domini Sixti diuina prouidentia Papae quarti anno tercio. Praesentibus ibidem discretis uiris Magistris Herneo Crantzel et Thoma Deyx, Notariis publicis scribisque nostris, Clericis Nannetensis et Leodiensis Dioecesis, testibus ad praemissa uocatis specialiter et rogatis.

(L. sig.) *Et ego Johannes Mechlaer, Clericus Leodiensis*  
 (Not.) *Dioecesis, publicus Apostolica et Imperiali auctoritatibus Notarius, praefatique Reuerendi Patris Domini Johannis de Cesarinis Auditoris et huiusmodi cause coram eo scriba, quia dicte sententiae lacioni et promulgacioni omnibusque aliis et singulis dum sic ut praemittitur, fierent et agerentur, vnacum prenomina-  
 tis testibus praesens interfui, eaque omnia et singula sic fieri uidi, audiui et in notam sumpsi, idcirco hoc praesens publicum instrumentum manu alterius fideliter conscriptum exinde confeci et in hanc publicam formam redegei, signoque et nomine meis solitis et consuetis cum memorati Domini Johannis Auditoris sigilli appensione signaui et subscripsi, in fidem et testimo-*

*nium ueritatis omnium et singulorum praemissorum  
rogatus et requisitus.*

*(L. S.)*

### Beylage O.

Bischof Sixtus von Freysing belegt die Pfarrey Königs-  
dorf mit einem jährlichen Reichnisse von 36 Goldgulden  
zu der von ihm im Jahre 1476 gemachten Stiftung für  
einen eigenen Prediger und für die Choralisten im Dom  
zu Freysing.

2. Oct. 1485.

Sixtus Dei gratia Episcopus Frisingensis. Ad perpetuam rei  
memoriam.

Cum anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo  
sexto de unanimi consilio et consensu venerabilium fratrum nostro-  
rum, Praepositi, Decani ac totius Capituli Ecclesiae nostrae Frisingen-  
sensis, officium Praedicaturae in dicta Ecclesia nostra Frisingensi  
erexerimus iuxta nim, formam et tenorem litterarum foundationis de-  
super emanatarum, sigillo nostro Episcopali ac dicti Capituli nostri  
munitarum\*), ac etiam confirmationis sanctae Apostolicae Sedis  
subsecutae, et ex causis in dictis litteris clare contentis, qui etiam  
postea paucis annis elapsis pariter in ipsa Ecclesia nostra Frisingensi  
de consilio ei unanimi consensu dictorum venerabilium fratrum no-  
strorum duodecim chorales in dicta Ecclesia nostra Frisingensi fun-  
dauimus et institutumus, quibus cum certis annuis redditibus, quos  
pro tribus millibus florenorum comparauimus, de vitae necessariis  
ac stipendio prouidimus, prout etiam clarius continetur in litteris  
foundationis a Nobis et Capitulo nostro desuper emanatis.

Desiderantes itaque, ut plantationes praedictae tam salubres et  
necessariae, ac diuinae clementiae, ut speramus, acceptabiles per-  
petuo sint duraturae, considerantesque, quod ad ipsa officia viri  
idonei iuxta canonicas sanctiones pro redditibus hucusque illis de-  
putatis difficulter reperiri possent, quare de uberiori subventionis  
auxilio ipsis duximus prouidendum, eo quod spiritualia sine tempo-  
ralibus diu subsistere non possunt, et ut iuxta Apostoli dictum  
metere habeat temporalia, qui seminat spiritualia. Itaque venerabi-  
lium fratrum nostrorum Theodorici Mayr Praepositi, Joannis Lam-

---

\*) Ueber den freysingischen Bischof Sixtus gedenkt Herr Beneficiat Ernest Geiß  
einen eigenen Aufsatz zu liefern, in welchem diese Stiftung der Dompredigerstelle  
zu Freysing etc. näher besprochen werden wird.



perger Decani ac totius Capituli Ecclesiae nostrae ad actum praesentem, ut moris est in arduis et maioribus causis, conuocatis et solemniter tractatu ac matura deliberatione praehabitis, ecclesiam parochialem sancti Laurentii in Königsdorff, nostrarum collationis et Dioecesis, de expresso venerabilis in Christo Nobis dilecti Doctoris Joannis Neunhauser, Ratisbonensis Decani et Frisingensis Ecclesiarum Canonici, ac ipsius ecclesiae Rectoris et Plebani \*) consensu et voluntate, unacum pensionis infra expressae fructibus, redditibus et prouentibus ad dicta Praedicaturae et Choralium officia incorporauimus, uniuimus et annexuimus, incorporamus, unimus et annectimus, volentes, ut Plebanus seu Vicarius perpetuus in eadem Ecclesia, quotiens illam vacare contigerit, per Nos et successores nostros instituat, saluis apostolicae Sedis ac Legatorum eius dispositionibus et prouisionibus, ac quilibet Rector seu Vicarius perpetuus, per Nos aut successores nostros vel auctoritate Apostolica aut eius Legatorum in eadem institutus, singulis annis nomine canonis et pensionis triginta sex florenos Rhenenses boni auri et datini ad terminos infrascriptos, videlicet qualibet angaria nouem florenos Rhenenses, angaria proxime futura incipiendo et deinceps perpetuo continuando, realiter et cum effectu ac sine diminutione ad officia praedicta, pro quolibet videlicet officio in anno decem et octo florenos Rhenenses soluere ac desuper excrescentibus fructibus Papalia et Episcopalia ac praedictae ecclesiae sancti Laurentii onera supportare possit, et teneatur, diligenterque prouidere, ne ecclesia ipsa vel populus illi subiectus in spiritualibus quomodolibet patiatur detrimentum, aut cura animarum in eadem negligatur. Nos enim per diligentem examinationem reperimus superextantes fructus, redditus et prouentus ipsius ecclesiae pro sustentatione Vicarii perpetui et praedicta onera supportanda sufficientes, illosque superextantes fructus, redditus et prouentus Vicario perpetuo pro competentia deputauimus et assignauimus.

In quorum omnium fidem et euidentem testimonium praesentes nostras litteras exinde fieri ac sigillo nostro Episcopali communiri ac per Notarios et scribas nostros infrascriptos subscribi uoluimus et mandauimus.

Et Nos Theodoricus Praepositus, Joannes Decanus supranominati, totumque Capitulum Ecclesiae Frisingensis, quia praemissa de

---

\*) Joh. Neunhauser, nachheriger Stiftspropst bey H. L. Frau in München, war, wie schon oben (S. 161) bemerkt wurde, der letzte Pfarrer von Königsdorf aus dem Gremium der freyhinglischen Domherren. Ihm folgten noch ein Dompropst von Brixen, Sebastian Sprenger, und ein Domherr von Salzburg, Sigmund Graf von Ortenburg, dann immer nur Geistliche, welche nebenher keine höhere Kirchenwürde befaßen.

voluntate et expresso consensu nostris facta sunt, ideo sigillum nostrum praesentibus pariter iussimus appendi.

Datum et actum Frisingae in castro nostro Episcopalis Residentiae, dictis confratribus nostris coram Nobis inibi capitulariter congregatis, die secunda mensis Octobris hora completorii vel quasi, anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo quinto. Praesentibus ibidem honorabilibus et discretis viris Georgio Lackner, Canonico Ecclesiae nostrae collegiatae s. Joannis Frisingensis, et Joanne Rot, Notario et clerico Augustensis Dioecesis, testibus per Notarios nostros infrascriptos ad praemissa vocatis et rogatis,

(L. sig.) *Et ego Georgius Tuchinger, Presbyter Frisingensis*  
(Not. I.) *Dioeceseos, publicus sacra Imperiali auctoritate Notarius. Quia praenominatae Ecclesiae parochialis in Kinigsdorff incorporationi, vnioni et annexioni, omnibusque aliis et singulis praemissis, dum sicut praemittitur fierent et agerentur, unacum collega meo infranominato et testibus praenominatis praesens interfui, eaque sic fieri vidi et audiui. Idcirco praesentes incorporationis litteras, manu alterius fideliter scriptas, de mandato supranominati Reuerendissimi in Christo Patris et Domini Domini Sixti Episcopi Frisingensis subscripsi, publicavi et in hanc publicam formam redegi, signoque et nomine meis solitis et consuetis unacum Paternitatis suae Reuerendissimae atque venerabilis Capituli Ecclesiae Frisingensis praefatae sigillorum appensione consignavi. In fidem et testimonium omnium et singulorum praemissorum rogatus et requisitus*

(L. sig.) *Et ego Joannes Newpeck, Clericus Frisingensis Dioe-*  
(Not. II.) *ceseos, publicus sacra Imperiali auctoritate Notarius. Quia praedictae parochialis in Ecclesiae Kinigstorff incorporationi, vnioni et annexioni ac omnibus aliis et singulis praemissis, dum sicut praemittitur fierent et agerentur, unacum Connotario meo suprascripto et testibus praenominatis praesens interfui, eaque omnia et singula sic fieri vidi et audiui. Idcirco praesentes incorporationis litteras, manu alterius fideliter scriptas, de mandato Reuerendissimi in Christo Patris et Domini Domini Sixti Episcopi Frisingensis subscripsi, publicavi, in praesentemque publicam formam redegi, signoque et nomine meis solitis et consuetis unacum Paternitatis suae Reuerendissimae atque venerabilis Capituli Ecclesiae Frisingensis memo-*

*ratae sigillorum appensione consignavi. In fidem et testimonium omnium et singulorum praemissorum rogatus pariter et requisitus.*

(L. sig.) *Has litteras incorporationis seu uniois Parochiae*  
(Not. III.) *Kunigsdorffensis ad Praedicaturam et Chorales cathedralis ecclesiae Frisingensis Ego Notarius infra-scriptus cum suo vero et tam in littera ipsa, quam in appendentibus sigillis integro atque illaeso originali vndique correspondere, attestor.*

*Frisingae die 21. Aprilis 1631.*

*Joannes Fiernhamer, Presbyter Frisingensis, ad S. Andream Canonicus, sacra Apostolica auctoritate publicus et in Archiuo Romanae Curiae immatriculatus Notarius \*).*

### Beylage P.

Bischof Johann Theodor von Freysing bewilliget die Vereinigung des Pfarr-Vicariates Königsdorf mit dem Kloster Benedictbeyern.

16. Dec. 1730.

(Aus der Originalurkunde abgedruckt.)

Von Gottes genaden Wir Johann Theodor Bischof zu Freysing und Regensburg, in Ober- und Nidern Bayern auch der oberen Pfalz Herzog, Pfalzgraf bey Rhein, des heil. Röm. Reichs Fürst, Landtgraf zu Leichtenberg, Geben hiemit und in Crafft diß Obdicht zuuernemen, wasmassen bey Uns der Würdig und Andechtige, Unser besonders Lieber Magnus Abbt und das gesambte Convent des Closters Benedictbeyern das vndthenigste ansuchen dahin gestellt, vmb Wir denenselben das PfarrVicariat Königsdorf Obdicht yberlassen, und auctoritate nostra ordinaria zugeben mechten, das auf ermeltes PfarrVicariat zwey Religiosen auf ihren Kloster deriffen exponiert werden, dagegen wollen Sie drey jura Patronatus bey denen Pfarreyen Schwabhausen, Wffing, und Söchering\*, welche alle drey in Augsburgischen Bistumb entlegen, einem zeitlichen Pfarrer zu Tölz auf ewig

\*) Abgedruckt nach der von Joh Fiernhamer beglaubigten Copie, welche die Aufschrift hat: Incorporatio ecclesiae s. Laurentii in Kunigstorff ad officium Praedicaturae tunc in Ecclesia Frisingensi erectae et Choralium per Sixtum Episcopum Frisingensem, 2. Oct. 1485. Bey dem erzbischöflichen Ordinariate in München liegt auch das Original dieser Urkunde auf Pergament ausgefertigt vor.

cebieren, vnd nichts bestoweniger all vnd iede praestationes, wie solche demallen von PfarrVicario zu Königsdorf geraicht werden, ohne mindeste ausnamb abziehen, mit der beigeflegt gehersambsten erinnerung, das selbe in der vngewissten hoffnung stehen, es werde hierdurch in der theuern Seellsorg sowoll als auch ihren Closter ein sonderbarer nutzen zugehen.

Wie Wir nun dise vnd andere beigebrachte motiva in reife erwegung genommen, vnd Uns von selbstem bekant ist, das in ermeltem Closter die Regularische Disciplin vnd Lob Gottes, ingleichen auch ein liebeiche hospitalitet gegen allen frembden, insonderheit aber gegen ienen ad limina Apostolorum raisenten florieren thue, nit minder allen noth leidenden vnd armen Persohnen grosses allmosen dargereicht, vnd gegen Freising angenehme Nachbarschaft gepflogen werde, der Pfarr Tölz hingegen durch sothannen Tausch, da alles sowoll der iährlichen albahin von Königsdorf auf reichenten praestationen, als in anderweg in statu quo verbleibet, nit nur thein schaden, sondern durch hyperlassung des dreyfachen juris Patronatus eine nit geringe utilitet zuegehe, gleich es in selgenten Reversbrief des mehrern enthalten.

Wir Magnus Abbt, Leonardus Prior, Landefridus Sub Prior vnd gesambtes Convent des Closters Benedictbeyrn ordinis S. Benedicti machen khundt, vnd geben Grafft gegenwerttiger Reversalien ieberneniglich zuuernemen, wasmassen Wir nach reuff hyperlegt: vnd Capitulariter befundenen utilitet, auch daryberhin von beeden hochfürstl. Ordinariaten Freising vnd Augsburg, dan dem Hochwürbigen Dombcapitl zu gedachten Freising, vnd Herrn Praeside Congregationis Benedictino-Bauaricae erhaltenen Gdigt: vnd respective guebigen Consens, Uns entschlossen, vor das im Freisingischen Bistumb entlegene PfarrVicariat Königsdorf, wobey einem zeitlichen Herrn Pfarrer zu Tölz das LehenRecht oder jus Praesentandi nebst einer iehrlichen Pension zu 65 fl. zuestehet, drey andre im Bistumb Augsburg gelegen: vnd besagt Unserm Closter quoad jus Patronatus vnstrittig angehörige Pfarreyen, benanntlichen Schwabhausen, Bffing und Söchering, oder, wan hyper kurz oder lang die Pfarr Bffing nit selte für anstendig erachtet werden, anstatt dero aine auf nachstehenten Uns zugleich weiß angehörigen Pfarren benanntlich aintweders Endrich, oder Vnderfning, oder Müllhausen, dem jezigen Herrn Dechant vnd Pfarrer zu Tölz Nicodemo Samweber vnd seinen successorn bei gedachter Pfarr solchergestalten auf ewig zuciebieren vnd abzutreten, das Er vnd gedacht seine successores zu ewigen Weltzeiten auf ernannte drey vnd respective vnder obig angezaigter alternativä vorgeschlagenen Sechs Pfarreyen, ohne Unser, oder iemand anderen einred, bey eraigneten Aenderungsfählen ie vnd alzeit einen ihnen wollgefählichen Weltpriester präsentieren mögen, und sollen, Wie Wir Ihnen dan die Jura Patronatus auf vorerwehnte drey respective Sechs Pfarren Grafft diß in besten formb Rechtens

- vnd ohne all mindisten ausnamb mit Aufshendigung aller darzue gehörigen instrumenten vnd Documenten hiemit feyerlichst cedieren, hyperlassen, vnd abtretten, also vnd dergestalten, das wosern sich pro
- 2do hyper kurz oder lang begehete, das man von seithen des hochfürstl. Ordinariats zu Augspurg mit an- vnd einnemmung aines- oder mehrerer tauglichen subiectorum, die man von Freising vnd respective Tölz auf, auf aintwedere auf oberwehnten Pfarreyen praesentieren wurde, difficulteten oder andere schwürigkeiten erweckhen, oder aber ainen so anderen gar widerumb dimittieren, folgens etwan ex Capite, quod talis sit extra Dioecesanus, oder vnderwas Vorwandt, auffser einer wahrhafft würthlichen incapacitet dises imer beschehen mechte, nit annehmen derffte, alsdan gegenwerttliche permutation, utpote cessante tunc utilitate Cleri Frisingensis ipso facto, vnd ohne weiters widerumb erloschen, abgethan, revociert, aufgehoben, vnd dergestalten cassiert sein solle, das Wür sothanne Pfarr Königstorf gegen effectiver wider abtretung derer für selbige anlassenter praesentationsgerechtfamen, an ainen Zeitlichen Herrn Pfarrer zu Tölz alsogleich vnd ohne mindiste waigerung, aufnamb, einredt, oder einwendtung, wie dise imer Namen haben mechte, widerumben anlassen, vnd demeselben mit aller fructification- vnd den Völligen besitzumb, iedoch salvo rato temporis, ac fructuum, So, wie Wür selbige hyperhomen, nebstallen hierzue gehörigen briefereyen, Brthunden vnd Documenten plenarie einraumen wollen, hiemit vnd in Grafft diß austruckhentz vnd wollbedeichtlich stipulieren, das zu Versicherung diser Clausul, vnd der darbey ainzig in consideration thomenter utilitet des Freisingischen Cleri Wür mehrgedachte Pfarr Königsdorf durch Vnseren dahin stellenten Vicarium zwar verwesen, iedoch Vns sodan auch vnuerdentliche possession hierinfahls nit in mindisten vortragen, oder auf einige weis schutzen solle. Weiters haben Wür Vns pro
- 3tio auf das Grefftigste, als es imer beschehen than, verbundten, vnd bey Vnseren Geistlich- vnd Priesterlichen Würdten Versprochen, das die von dem Vns also hyperlassenen Pfarr Vicariat Königsdorf all iehrlich zu mehrbefagter Pfarr Tölz bis anhero erlegte pension per fünf vnd Sechzig gulden solle, ohne ausnamb eines angebenten Schaur, müßrätthigen Jahrgang, oder anderen dergleichen casus fortuiti iedesmahl zu bishero gebrechlicher Zeit richtig, vnd vnabesslich entricht vnd abgesehrt werden, nit minder vnd damit auch die Jura Episcopalia et Decanalia vngekrenght verbleiben mögen, versprechen vnd verobfligieren Wür Vns
- 4to das Cathedraticum, Inful- vnd SeminariSteur, Subsidiu charitativum, dan die bey der toties quoties vornemmentz Bischoffl. Visitation gewöhnliche procuracion vnd all andere bey der Pfarr

- Königsdorf bishero gewöhnlich vnd hergebrachte praestationes, was die immer vor nammen haben mögen, richtig vnd ohnwaigerlich abzusehren, auch weiters
- 5to die vor die wegen vorhin ertheilter perpetuation vnd dermalliger admission eines Vicarii gewöhnliche Ganzley Jura mit zechen Gulden, dan vor die gewöhnliche honoranzen vnd andere targebührensüssen, so erstbefagter Ganzley bey absterb- oder Verenderung eines saecular Vicarii iederzeit zuegangen, zwanzig Gulden zur hochfürstl. Geistl. Regierung Freysing, vnd die Funeral-obsignation- vnd Reserations gebühr zu dem lobl. Rural Decanat jedesmall nach absterben eines zeitlichen Abbtens zu Benedict Beyrn ohne abgang oder mindiste waigerung erlegen zu lassen, Es solle auch
- 6to das Gottshaus vnd Pfarr oder Willmehr Vicariat Königsdorf, wie auf dise Zeiten, also auch sürohin einem zeitlichen Herrn Pfarrer zu widerholten Tölz vnderwerffen, vnd in gegenwerttigen standt auf ewig verbleiben, ohne das von seithen des Closters, oder des dahin aufgestellten Vicarii ein erdenkliche exemption freiheit oder andere Enderung möge gesuecht- oder aufgewürfelt werden, Wür Verbündten Vns auch ferners
- 7mo Vnd sagen heilig zue, das Beneficium zu mehrerwehnten Königsdorf, vnd die von Gottshaus Secretriedt einem zeitlichen Beneficiaten zuegehente Addition, wie auch das einem ieden Herrn Pfarrer zu Tölz dabey zuefhomente jus Patronatus in dermalligen standt auf ewig vngeendert, auch besagten Beneficiaten vnd dessen successorn wegen der votivmessen von unseren exponierten nit den mindisten eintrag thuen zulassen, Vnd wollen vber all dieses
- 8vo Auf gedachtes Pfarrvicariat Königsdorff niemahls mehr als zwah Religiosen exponieren, auch dessen union auf ein erdenkliche weis oder Vorwand nimermehr suechen, noch directe oder indirecte aufwürfhen. Dan Versprechen Wür
- 9no zu schuldigister dankbarkeit der gdist vnd gnedig verwilligten permutation vor ieden Revdmo. et Celsmo. Episcopo, et Revdmo. Canonico des Hochstüffts Freising, dan auch vor ieden Herrn Pfarrer zu Tölz, gleich nach deren ableiben solennes exequias cum figurato officio zu halten, vnd all ybrige Priester vor die abgeleitete Seell ein memento machen lassen. Schliesslichen vnd
- 10mo Wollen Wür den Päpstlichen Consens nach dem tenor gegenwerttigger Reversalien vnd nit anderst aufwürfhen.
- Welch all vnd jedes Wür in Unseren vnd Unserer successorn Nammen gethreuulich vnd ohne alle mindiste gefehrte bestendig, vnd in verbündlichster Form solchergestalten zuhalten, bey Unseren Geistlichen Würdten, glauben vnd thrauen heilig versprechen, vnd hiemit stipulieren, das im sahl Wür oder Unsere successores disen Vnsere

ren Versprechen zugegen vnder dem Vorwandt einiger freihait, Recht, exemption, Privilegien, oder anderen, wie die immer mechten genennet werden, vorgebenten Befuegnussen, deren Wir Uns in Unseren vnd Unserer successorn Namen hiemit zierlichst begeben haben wollen, in ein oder anderen handeln, oder wider gegenwerttliche Reversales einige exceptiones, limitationes, et interpretationes machen, oder wie oben §. 2do bereits schon auffsehrlicher gemeldet werden, sich ain oder mehrere fahl eraignen wurden, das von seithen des hochfürstl. Ordinariats zu Augspurg, mit oder ohne Unser Verschulden die intromission deren freyhingischen Priestern in das daselbstige Bistumb sub qualicunq; praetextu difficultiert, vnd folgamb hierdurch das haubtsächliche motivum diser permutation, nemblichen die utilitet des freyhing. Cleri auf ainige weis gemindert werden, so selte alsdan die errichte permutation beederseiths null, nichtig, vngiltig, vnd crastleß: auch einem ieren herrn Pfarrer zu Tölz frey sein, in solchem fahl anwider Weltpriester darauf zu setzen, ohne das ihme von Usertwegen was khönne oder solle in Weeg gelegt werden. Zu Bekhndt dessen haben Wir eingangs gemelte dise Reversales eigenhendig vnderscriben vnd mit Unseren gewohnlich greßeren Insiglen ferttigen lassen. Geben zu Closter Benedictbeyrn den zwölfften Monatstag Decembris im Antausent Sibenhundert vnd dreyßigsten Jahre.

(L. S.)

Magnus Abbt.

(L. S.)

P. Leonardus Prior mpia.

P. Landfridus Subprior  
vnd Convent.

Wir wollen demnach auf sunderen Gnaden mit gleichmessiger Bewilligung Unsers Ehrwürdig lieben Dombcapittl in dise permutation auf die in besagten Reversalien angefehrte weis vnd nit anderst Ordt verwilligen, jedoch solchergestalten, das, im fahl dem dormaligen Pfarrer zu Tölz oder seinen successorn die Pfarr Wffing nit solle austendig sein, anstatt dero eine auf denen gedachtem Closter auf gleiche weis angehörigen Pfarren Guderich, Underfünning oder Willhausen nach aiguer Willcur erwählen khönne, vnd das auf das durch wasserley weis vacierent werdente Pfarrvicariat Königsdorf khönnen zwey Religiosen vnd niemallen mehrere zu ewigen Zeiten exponiert werden, vnd nit dem weiteren austrucklichen Reservat, das sowoll Uns als Unseren successoribus bey dem Hochstüfft Freising an Unserer gerechtamme nit das mindiste praecidicirt werde, sondern der erst anstehente Pfarrvicarius vnd all dessen successores gehalten sein sollen, bey jedesmalling neuen anstellung sich dahier pro cura gehorjambt zustellen, auch beim iährlichen Capittl mit nennung des Sitzes secundum senium alzeit fleißig zuerscheinen, vnd die tunc praestanda sowoll als all anders,

wie es sonst inmer vorkommen, oder was von anderen Pfarrern Unserer Bis-  
tums Freising zuertrichten sein wirdt, jedesmahl abzufruchen. Gleichwie  
aber ein Pfarrvicarius und dessen zugegebene iederzeit ad nutum eines  
iedmahligen Abbtens amovibiles seint, Also auch wollen Wir Gdilt, das,  
so offtt ein neuer Abbt des mehrgedachten Closters Benedictbeyrn erwöhl-  
t werden wirdt, ein solcher Ratione dieses Pfarrvicariats die primos fruc-  
tus unacum juribus Cancellariae toties quoties in Conformitet offtt  
allegierter Reversalien abfruchen, entgegen ein iedmahliger Vicarius von  
diesem onere exempt und befreyt sein, jedoch in cura animarum sowohl,  
als all anderen pfarrlichen Berrichtungen also verhalten solle, wie es einem  
Vicario zuestehet. Zu Verkundt dessen haben Wir Uns eigenhentig vnder-  
schriben, und Unser zu Geistlichen sachen verordnet grösseres Canzleyse-  
crete vorzutrukhen anbefehlen. So geschächen zu Freysing den Sechzehen-  
ten Monathstag Decembris im Antausent Eidenhundert und dreyffsigsten  
Jahr.

Johan Theodor Bischof.

(L. S.)

Joann. Georg. Sartor  
Thlgiae Dr. Secret. et Notarius.

### Beilage Q.

Prüfung der Gründe für die Zulässigkeit der Vereini-  
gung des Pfarrvicariates Königsdorf mit dem Kloster  
Benedictbeuern\*).

Vom Jahre 1731.

(Aus den Acten des Domcapitels zu Freysing.)

In causa vertente inter admodum Reverendum Dominum Paro-  
chum et Decanum ruralem in Tölz Frisingensis Dioecesis ex una,  
et Monachos Benedictinos exempti Monasterii Benedictbeyrn in Au-  
gustana Dioecesi ex altera parte, in puncto ecclesiae Vicariae Kö-  
nigsdorff transferendae a clero saeculari ad regularem monachalem

#### I. Facti species.

1. Parochus et Decanus ruralis in Tölz, Dioecesis Frisingensis,  
habet jus Patronatus ad Vicariam, ecclesiam parochialem et saecu-  
larem, in Königsdorff, Frisingensis quoque Dioecesis, in qua Vicaria  
etiam tanquam Rector principalis in ecclesiasticis et temporalibus

\*) Diese Darstellung und Würdigung des Sachverhaltes wurde von dem Pfarrrer Mi-  
kodemus Samweber in Tölz seinem Agenten in Rom zugesendet und eine Abschrift  
derselben am 21. Dec. 1731 auch an die bischöfliche geistliche Regierung zu Freysing  
einbefördert.



localiter instituitur et installatur dictus Parochus Tölzensis. Hoc jus praesentandi Clerum saecularem ad ecclesiam curatam Königsdorff sibi subiectam hactenus semper habuit et habet Parochus Tölzensis, et semper penes Clericos saeculares fuit ecclesia, quam laudabiliter administraverunt et curam animarum in ea exercuerunt.

2. Jam vero Monachi in Benedictbeyrn, Augustanae Dioecesis, (quorum institutum per se non tendit ad curam animarum, sed ad vitam solitariam, contemplationem et chorum) ambiunt hanc ecclesiam curatam Königsdorff, Frisingensis Dioecesis, ad suam et Monasterii sui utilitatem, ita ut ea ecclesia e saeculari fiat regularis, et posthac per duos Monachos e Monasterio in ea ecclesia expositos exercentur cura animarum in populum illius, ut hi Monachi una etiam in circumiacentia vicina bona temporalia Monasterii sui possint intendere eaque melius ad utilitatem coenobii in vicinia curare.

3. Ac proin laudati Monachi Benedictini petierunt a Reverendissimo Ordinario et eius cathedrali capitulo, hanc ecclesiam curae parochialis sibi concedi per aliquam mutationem et permutationem, qua offerunt Parocho Tölzensi pro suo jure patronatus, quod habet ad ecclesiam Königsdorffensem Dioecesis Frisingensis, tria alia jura patronatus ad ecclesias Dioecesis Augustanae semper a Clero saeculari possessas cum annexa obligatione, ex sua parte omnia onera per Monachos suos expositos portandi et obligationes praestandi, ad quas Parochus modernus in Königsdorff, qui saecularis est, tenetur, absque ulla alia praerogativa quaesita aut imposterum quaerenda.

4. In hanc permutationem et respective alterationem ac mutationem Beneficii saecularis in regulare obtinuit laudatum Monasterium Benedictinum in Benedictbeyrn consensum ab Ordinario (qui est e Serenissimis Principibus Boariae) et a capitulo cathedrali quoad maiorem partem, aliis contradicentibus, et reclamante semper Parocho Tölzensi, ad quem jus patronatus pertinet, et aliis magnis e clero viris, qui tamen metuunt indignationem altioris suae potestatis in publicis hisce.

Prout haec omnia patent ex memoriali, ut vocant, seu supplicatione a Monasterio data ad Reverendissimum Vicarium generalem D. Baronem Zeller de anno 1729. 18. Julii et ex concessione Frisingensi, et litteris Monasterii reversalibus insertis de ao. 1730. 16. Decembris.

5. Ex qua facti specie resultat gemina quaestio, prima, an haec permutatio et mutatio ecclesiae saecularis in regularem, facta per consensum Ordinarii et capituli cathedralis reclamante Patrono, de jure canonico subsistat? secunda, an sit conveniens, ut ea per S. Pontificem, qui est supra canones, fiat?

Ad quaestiones istas dilucidandas, animadversiones quasdam tam in facto, quam in jure praemittere visum est.

## II. Animadversio in facto.

6. Et in facto quidem haec animadvertenda occurrunt, ad facti speciem pertinentia:

1. Quod ecclesia Königsdorff defacto quidem a Vicario perpetuo administratur, revera tamen et proprie non sit tam Vicaria seu ecclesia filialis, quam omnino parochialis, et quidem ecclesia matrix; nam licet sedes Parochi ex Königsdorff translata sit in Tölz, tamen Parochus Tölzensis adhuc vere est et dicitur Rector Ecclesiae in Königsdorff et etiam ut talis hucusque semper fuit investitus et post investituram sumit possessionem non in Tölz sed in Königsdorff. Ex quo id consequitur, quod in hac concessione ad regulares fiat dismembratio, et quidem talis, qua ipsum caput auferitur ac transfertur, dum ipsa venerabilis et antiquissima mater a quinque ecclesiis filiabus in perpetuum separatur.
2. Quod in facto detur modo tanta sacerdotum saecularium in Dioecesi Frisingensi copia, ut collatio ss. ordinum per integrum biennium fuerit suspendenda; ex quo consequitur, nullam esse necessitatem ex defectu ministrorum, ut haec Parochia adimatur clero saeculari, in quo tot subiecta capacia et etiam insignia adsunt ad curam animarum, et transferatur in Monachos, quorum finis est vita contemplativa, solitaria, et non cura animarum per se.
3. Quod hactenus unus Parochus cum uno Beneficiato curato suffecerit, et administraverit sine querela curam animarum populo in Königsdorff. Ex quo fit manifestum, non tantum non esse necessitatem, sed neque utilitatem, quae hanc Ecclesiae saecularis in regularem exigat mutationem, spectando emolumentum spirituale curae animarum in subditis; si enim utilitas spiritualis id exigeret, ut loco unius duo constituerentur, qui (praeter Beneficiatum curatum iam praesentem) curam animarum exercerent, posset Parocho adiungi alius sacerdos saecularis, curam animarum habens, quorum copia abundat, non penuria laborat Dioecesis: qui modus supplendi defectum ex eodem genere, ut nimirum saeculares sacerdotes saecularibus et regulares regularibus sufficiantur in suis Beneficiis, longe est conformior ss. canonibus, quam ut utilitas (siquae esset) Beneficii saecularis suppleatur per Monachos et Religiosos.
4. Quod utilitas temporalis Monasterii non videatur facere ad rem, ex qua loco unius Parochi petrini exponerentur duo PP. religiosi Monachi non tam ad curam animarum melius exercendam, quam ut ibi sint vicini ad invigilandum diligentius

et melius iuribus monasterii sui, verbi gratia decimandi, vendendi, lignandi, pascendi etc.; quae enim exinde utilitas spiritualis in populo et in cura animarum? a qua potius abstrahunt haec negotia saecularia, quae praeter domesticationem et oeconomiam parochialium reddituum ab aliis suscipi debent.

Haec in facto animadvertendo praemittere visum est.

### III. Animadversio in iure.

7. In iure haec consideranda sunt: 1. quod communiter pro generali regula tradi soleat in iure canonico: Beneficia saecularia regularibus non posse conferri, sicut nec vicissim regularia saecularibus, quae regula sumitur ex ca. Cum de Beneficio 5. de praebendis in 6., ubi Layman et passim DD. et eam tradit Fagnanus ad ca. Cum ad nostram 37. de elect. n. 3., Barbosa de offic. et potestate Episc. alleg. 57. n. 170, cum pluribus, quos allegant. Wiestner ad tit. de praebendis n. 20.

Et solus excipitur Papa, supremam potestatem in Ecclesia gerens, qui supra canones est, ut possit ex plenitudine potestatis Beneficium regulare conferre clerico saeculari et vice versa, sicut cum Anchorano notat Layman. ad cit. ca. 5. de praebend. in 6. n. 1. et Joann. Andreae ad idem ca.

Cum autoritas Papae, inquit, non sit ab homine, sed a Deo, patet, quod contra ipsius decretum sine ipsius consensu nihil potest fieri ab homine, quod sit firmum, insinuans per Episcopos non posse fieri tales collationes Beneficiorum contra canones et decreta Pontificum, cum Episcopi non sint supra canones, sed eis subiecti.

Porro Beneficium saeculare est, quod per clericos saeculares administrari et his conferri debet ac solet. Beneficium regulare vero est, quod conferendum est Religiosis et per hos administrandum, ut sunt Abbatia, Prioratus, Canonicatus regularis, et aliquando etiam Parochia, ut notat Wiestner ad tit. de praebendis, n. 9. Barbosa cit. alleg. 57. n. 167. et seqq., ubi cum pluribus, quos allegat, tradit, in dubio omnia Beneficia praesumi saecularia, nisi regularia esse probentur, ac proin asserenti de aliquo Beneficio, quod sit regulare, incumbit onus probandi, quae probatio desumi debet vel ex prima institutione Beneficii sive litteris foundationis, vel ex praescriptione, ad quam requiritur tempus 40 annorum. Unde regularia Beneficia censentur illa, quae per 40 annos consueta sunt regi per viros regulares, saecularia vero, quae per saeculares, et sic status Beneficii per praescriptionem et pacificam continuam possessionem mutari potest, ut e regulari fiat saeculare et vicissim, ut ad cit. cap. 5. de praebend. in 6. tradit Barbosa et Layman; ubi nihil refert, quod jus praesentandi aut conferendi ad Regulares spectet; nam

multa sunt Beneficia, quorum praesentatio aut collatio ad Regulares spectat, aut quae etiam Monasteriis per unionem sunt incorporata, et tamen manent Beneficia saecularia, modo debeant saecularibus clericis conferri et per hos administrari. Wiestner cit. n. 9.

8. Considerandum 2., quod concil. trid. sess. 7. de reform. cap. 6. decernat, uniones Beneficiorum viribus omnino carere, ad cuiuscunque instantiam fiant, nisi fiant coram loci Ordinario, vocatis iis, quorum interest. Illi autem, quorum interest, sunt, qui habent jus praesentandi vel conferendi Beneficia, quae uniri petuntur. Ubi communis sententia tradit, quod Episcopus ecclesiam aut quodlibet Beneficium juris patronatus non possit alteri ecclesiae unire sine consensu Patroni, per ca. suggestum 20. de jure patronatus, quia per talem unionem fieret praecedendum juri praesentandi, quod Patrono competit. De quo Barbosa ad cit. ca. allegatis multis, et in collectaneis ad concil. trid. sess. 7. cap. 6. n. 12., resolvens cum Sanchez, quod Episcopus cum neutri Patrono, tam saeculari quam ecclesiastico, possit praecedendum inferre.

9. Considerandum 3., quod idem concil. trid. sess. 24. cap. 13. de reform. decernat in unionibus quibuslibet, ex quibuscunque causis faciendis, ut ecclesiae parochiales Monasteriis quibuscunque aut Abbatibus non uniantur; de quo Aug. Barbosa de offic. et potest. Episcopi alleg. 66. n. 31, ubi cum Cerola, Garcia, Sanchez recte infert et conformiter textui, quod attentio concilio tridentino Episcopis interdicta sit unio cuiuscunque Beneficii curati Monasterio aut cuiuscunque operi pio facienda, et quod parochialis unio ita sit prohibita a concilio, ut etiam aliqua pars eius fructuum uniri non possit; quod decisum esse citati a se authores referant, quos inspicere, alleganti confusus et tempore constrictus, non judicabam esse necessarium.

10. Considerandum 4., quod laudatum concilium trid. sess. 14. cap. 9. de reformat. decernat, ut Beneficia unius Dioecesis, etiamsi parochiales ecclesiae, Vicariae perpetuae aut simplicia Beneficia fuerint, etiam ratione augendi cultum divinum, aut numerum Beneficiorum, aut alia quacunque de causa alterius Dioecesis Beneficio, aut Monasterio seu Collegio, vel loco etiam pio, perpetuo non uniantur, de quo denuo Barbosa loco cit. n. 18. cum ibi allegatis ait, correctum omnino esse jus antiquum, quo Episcopo integrum erat, unire Beneficium suae Dioecesis cum altero alienae Dioecesis accedente consensu Episcopi illius; attentio autem concilio tridentino nulla ratione licet unire Beneficia diversae Dioecesis.

Hoc in jure considerando praemittere visum est. Jam vero veniendo ad primam quaestionem, qua quaeritur, an haec permutatio et mutatio ecclesiae saecularis in regularem facta, per consensum Ordinarii et capituli eius cathedralis, reclamante patrono, subsistat de jure canonico?

## IV. Rationes dubitandi.

11. Et quidem rationes dubitandi possent esse istae :
1. Quia ista permutatio et respective unio Vicariae Königsdorffensis cum Monasterio Benedictoburano facta est ab Ordinario cum consensu Capituli sui cathedralis ; cuiusmodi uniones ab Ordinariis saltem cum consensu Capituli fieri posse, constat ex ca. sicut. 8. de excessibus Praelat., et docent Doctores plena manu.
  2. Quia in hac permutatione etiam adest legitima causa, ex qua fieri possunt eiusmodi permutationes et uniones, quae causa est utilitas ecclesiae exigens talem unionem, uti constat ex ca. Exposuisti 33. de praebend. etc. Nam
  3. in hac permutatione adest utilitas ex parte Monasterii, utpote quod in Parochia Königsdorff iam habet geminas partes decimarum, uti et jura piscandi, venandi, pascendi, lignandi etc., quibus juribus per geminos suos religiosos Monachos in Parochia Königsdorff expositos posset longe utilius et melius invigilare, uti et damnum suum, quod nuper per pestem animalium, et per grandines passum est, aliquo modo relevare etc.
  4. Quia adest etiam utilitas ex parte ipsius ecclesiae Königsdorffensis, utpote in qua loco saecularis Parochi, qui modo curae animarum praees, exponerentur posthac duo Monachi ; — uti et ex parte Parochi Tölzensis Patroni, utpote cui pro uno jure patronatus darentur tria alia jura patronatus in Uffing, Söchering et Schwabenhausen in Augustana Dioecesi.
  5. Quia accedit solemnitas protestatio per litteras reversales, ut vocant, Monasterii, qua sancte spondet, se minimum praeiudicium non illaturum huic ecclesiae aut eius superioribus, Episcopo, Decano etc., sed in omnibus omnia onera subiturum, quae modernus Parochus saecularis subeat, neque ulla de caetero praerogativa usurum, sique haec omnia non sancte observentur, aut Augustanus Episcopus forsitan praesentandos a Parocho Tölzensi tanquam patrono cessorum trium jurium patronatus non admitteret, ut in tali casu haec tota permutatio ipso facto revocata et irrita censcatur et res in antiquum statum, ut modo est, reposita sit.
  6. Spondet quoque laudatum Monasterium pro hac permutatione, si sibi concedatur, in grati animi testimonium exequias solennes cum figurato officio et memento in missa a quolibet P. Religioso pro quolibet Reverend<sup>mo</sup>. Ordinario et Reverend<sup>mo</sup>. Canonico, et pro quolibet Parocho in Tölz celebrandas post eius mortem.

Istae potissimae sunt rationes, quae patrocinari posse videntur causae pro hac permutatione et mutatione Beneficii saecularis in regulare in casu quaestionis.

12. Verum si res consideretur ad juris regulas, et ad normam canonum reducatur, apparebit, has rationes esse levis momenti in ordine ad nostram speciem casus, easque fere cadere extra scopum hujus hypothesis in suis circumstantiis acceptae, ubi, non agitur tantum de solemnitatibus in alienatione rei ecclesiasticae requisitis, sed de Beneficio saeculari mutando in Beneficium regulare, quod absolute prohibent canones, ne fiat, et adimunt Episcopis potestatem ad id faciendum etiam cum solemnitatibus ecclesiasticis. Unde haec argumenta non aggrediuntur ipsum fundamentum casus, quia, quod intendunt probare, potissimum est in facto, quod adsit utilitas in hac permutatione, ut vocant (necessitas enim nulla apparet), et quidem potissimum utilitas temporalis ex parte Monasterii, vel etiam ex parte Parochi Tölzensis patroni, cui pro uno jure patronatus, quod habet in sua Dioecesi, obvenirent tria alia jura patronatus ad ecclesias alienae Dioecesis, quam tamen utilitatem et sibi et suae ecclesiae esse negat Parochus Tölzensis, et mavult suum jus patronatus in sua ecclesia et Dioecesi retinere, quam illa tria acceptare, magnis tricis exposita, quia sunt in aliena Dioecesi.

Quod autem duo Monachi exponerentur in ecclesia Königsdorff ad curam animarum loco unius Parochi saecularis, qui modo cum alio clerico saeculari curato curam administrat, id videtur quidem innuere aliquid utilitatis spiritualis in augendo numero ministrorum; sed si unus Parochus cum suo sacerdote curato sufficit ad istum populum regendum in spiritualibus, et suo huic muneri rite satisfacere potest, non videtur haec utilitas esse notabilis, nec eam exigere tam cura animarum, quam commoditas maior curatoris. Si autem notabilis utilitas vel etiam necessitas loco unius Parochi exigeret duos sacerdotes ad curam animarum exercendam, tunc tamen non ideo possent ad Beneficium saeculare assumi duo Religiosi vel Monachi, sed defectus suppleri deberet per clericos saeculares, si idonei haberi possunt, sicut vicissim, si non sufficiunt Regulares in regularibus suis Beneficiis, defectus per alios regulares supplendus est, si haberi possunt.

Ca. Inter quatuor de religiosis domibus, et ibi Barbosa, Laym. et Doctores passim, Conc. Trid. cit. sess. 14. cap. 10. de reform.

## V. Rationes decidendi.

13. Quare si in casu nostro ipsa hypothesis facti reducatur ad jura, obstat 1. ca. Cum de Beneficio 5. de praebendis in 6. et communis authorum sententia relata n. 7, quia Ca. vetat Beneficium sae-

culare mutari in regulare. Hoc autem Beneficium saeculare est, et deberet mutari in regulare.

Obstat 2. Concil. trid. sess. 7, de reform. cap. 6. et ca. suggestum 20 de jure patronatus, cum authoribus relatis n. 8., quia volunt, ut uniones eiusmodi Beneficiorum non fiant, nisi vocato et consentiente patrono; consensus autem patroni in nostro casu non adest, sed dissensus et reclamatio.

Obstat 3. Concil. Trid. sess. 24. de reform. cap. 13, cum authoribus n. 9. relatis, vetans, ne ecclesiae parochiales ex quibuscunque causis uniantur Monasteriis et Abbatiis. Ecclesia autem Königsdorff est parochialis, et per istam permutationem uniretur Monasterio, et quidem ita, ut e saeculari fieret regularis, per ipsos Monachos administranda.

Obstat 4. Concil. trid. sess. 14. cap. 9. de reform. cum authoribus n. 10. relatis, vetans, ne Beneficia et ecclesiae parochiales ex quacunque causa, etiam cultus divini augendi, uniantur Beneficio, Monasterio, Collegio vel alteri loco pio alterius Dioecesis. In nostro autem casu ecclesia Königsdorffensis Dioecesis Frisingensis uniretur Monasterio alterius Dioecesis, nempe Augustanae, in qua situm est ipsum Monasterium et tres illae ecclesiae, quarum jura patronatus vult cedere.

Quibus accedit 5., quod per hanc permutationem fieret magna dismembratio, qua ecclesia Königsdorff, quae antiquitus matrix erat, a qua tantum sedes Parochi in Tölz translata fuit, et in qua Parochus Tölzensis adhuc possessionem primario sumere debet et solet, abscinderetur a quinque ecclesiis filialibus et uniretur Monasterio, e saeculari facta regularis, cum tamen nulla vicissim ecclesia regularis fieret saecularis, quae clero saeculari, qui tamen valde copiosus est in Dioecesi, traderetur administranda. Nam tria illa jura patronatus, quae Monasterium vult vicissim cedere, concernunt ecclesias, quae iam sunt saeculares, sed in aliena Dioecesi.

## VI. Judicium.

14. Ex quibus (salvo meliori judicio) videtur fere extra dubium esse, quod haec permutatio ecclesiae saecularis in regularem, per Ordinarium cum consensu Capituli, sed reclamante patrono facta, non subsistere possit, et quidem, etiamsi facta sit aut fiat, ut effectum suum habeat primum post mortem patroni, Parochi in Tölz. Nam hic non sumus in casu, ubi praecise agitur de praeiudicio tertii evitando, aut praecise de solemnitatibus adhibendis ad valorem actus, ut in rebus ecclesiae non alienandis, in testamentis condendis etc., sed sumus in casu, ubi agitur de Beneficio saeculari, alienando a clero et transferendo ad regulares, et quidem existentes in aliena Dioecesi, quod absolute prohibitum est. Et potestas sic alienandi

est adempta Episcopis, etiamsi ea fiat cum solemnitatibus canonicis, ut patet ex citt. canonibus et ex ratione concil. trid. sess. 14. de reform. cap. 9, quae est, cum jure optimo fuerint distinctae Dioeceses et Parochiae, ut ordo ecclesiarum non confundatur, et ne una eademque ecclesia duarum quodammodo Dioesium fiat, non sine gravi incommodo eorum, qui illi subditi fuerint. Ac proin in nostra specie non tantum patrono ceu personae privatae, sed toti ordini cleri et Dioecesis Frisingensis praeiudicaretur, cui ordini a privatis renuntiari non potest, quia juri publico per pacta privatorum renuntiari non potest, per communem regulam ex ca. si diligenti de foro compet. et ca. contingit 36. de sent. excom., ut adeo patronus non potuerit dare suum consensum, sed subintret hic dictum Joan. Andreae ad ca. 5. de praebend. in 6., quod sine consensu Papae contra eius decreta (vel conciliorum generalium, ut est tridentinum) nihil fieri possit ab homine, quod sit firmum.

## VII. Solutio rationum dubitandi.

15. Ex his videntur per se excidere rationes dubitandi, n. 11 relatae. Nam

ad 1. R. haec permutatio Beneficii, qua Beneficium saeculare mutatur in regulare et unitur Monasterio existenti in aliena Dioecesi, est absolute prohibita, etiam cum consensu Capituli.

Ad 2. R. Etiamsi causa utilitatis respectu utriusque ecclesiae particularis tam Monasterii quam Parochiae Königsdorff adesset, quae in aliis unionibus sufficeret, ea tamen non sufficit in nostro casu, ut Beneficium curatum saeculare possit mutari in regulare, et in perpetuum conferri et uniri Monachis alterius Dioecesis, curandum ab ipsis, quia huic unioni sive permutationi obstat trid. sess. 14. cap. 9, dum decernit, ut Beneficia unius Dioecesis etiam ratione augendi cultum divinum aut numerum Beneficiatorum, aut alia quacunq; de causa alterius Dioecesis Beneficio aut Monasterio non uniantur. Ubi, dum concilium ponit prius causam particularem, et quidem praecipuam unionis alias faciendae, nempe augmenti cultus divini, et postea addit clausulam universalem, aut quacunq; alia de causa, videtur omnino excludere voluisse omnes alias causas, ex quibus aliae uniones in eadem Dioecesi fieri regulariter possunt ac solent, prout Doctores ad tit. de rescriptis et de constitutionibus tradere solent circa clausulas rescriptorum et constitutionum, ut recte omnino videatur pronuntiasse Barbosa de offic. Episc. alleg. 66 n. 28. attento illo concilii decreto, nulla ratione licere unire Beneficia diversae Dioecesis, et Fagnanus ad ca. sicut unire, de excess. Praelatorum n. 10, quod ibi generaliter statuatur, ut Parochiae et Beneficia diversarum Dioesium non uniantur. Nam privatae utilitati ecclesiarum, quae uniantur aut permutantur, praeva-



let ratio boni communis, quam concilium assignat, ut ordo ecclesiarum, quae jure optimo in Dioeceses et Parochias distinctae sunt, non confundantur, et una eademque ecclesia non quodammodo duarum Dioecesium fiat, non sine gravi incommodo eorum, qui illis subditi fuerint.

Nec relevat, quod Monasterium sit exemptum ab Augustano Episcopo, in cuius Dioecesi situm est, et Abbas promittat, se per suos Monachos expositos omnia onera subiturum, neque ulla praerogativa aut exemptione respectu Episcopi Frisingensis, in cuius Dioecesi sita est Parochia, se usurum. Nam hoc potius auget et non minuit difficultatem; quia imprimis sunt multi casus, quibus Episcopi, tanquam sedis Apostolicae Delegati, a jure possunt procedere contra exemptos Religiosos intra suam Dioecesein existentes, quorum casuum triginta et unum refert Pirrhing ad tit. de officio Ordinarii, sect. 3. §. 10. a n. 110, et adhuc plures recenset Aug. Barbosa de offic. Episc. alleg. 105. et Cochier p. 2. quaest. 45. Ex quibus multae tricae et incommoda oriri possunt inter Episcopum Augustanum, in cuius Dioecesi Monasterium, ad quod Monachi expositi spectant, situm est, et inter Episcopum Frisingensem, in cuius Dioecesi sita est Parochia et Monachi in ea expositi.

Dein si quae lis ingrueret clero saeculari et Decano Tölzensi cum praedicto Monasterio exempto vel circa hanc ipsam permutationem, vel circa alia jura, vel circa Religiosos expositos, quorum personae ad Monasterium exemptum spectant et exemptae sunt, difficillima evaderet clero saeculari et Decano Tölzensi conditio litigandi contra Praelatum se opponentem et exemptionem Monasterii et personarum suarum praetendentem: ubi oporteret judicem Romae quaerere ex ultramontana et longe dissita regione. — Ex his corrumpunt etiam reliquae rationes dubitandi. Et

Ad 3. ¶. Etsi in facto ex parte Monasterii adesset utilitas, ea tamen est temporalis duntaxat, et ad melius invigilandum juribus Monasterii per suos, et ad reparandum damnum temporale, quod per pestem et grandinem passum est; quae utilitas impertinens est ad ecclesiam Königsdorff, quae principaliter respici debet, et ad eius curam animarum, neque praestat causam legitimam, ut ecclesia saecularis mutetur in regularem quoad curam animarum, et ea conferatur Monachis alterius Dioecesis.

Ad 4. ¶. Jam ex dictis patet, quod, si utilitas spiritualis exigeret, ut loco unius curati ponantur duo in eadem ecclesia, ea suppleri deberet per clericos saeculares in ecclesia saeculari, non vero per regulares, ubi habetur copia sacerdotum saecularium, ut in Dioecesi propria Frisingensi habetur.

Quod autem in obiectione additur, esse utilitatem ex parte Patrochi Tölzensis patroni, qui pro uno jure patronatus per hanc per-

mutationem acquireret tria alia jura patronatus, id negat Parochus Tölzensis patronus et demonstrat, per haec tria jura patronatus in aliena Dioecesi magis gravari patronus Frisingensis Dioecesis, quam sublevari, atque magis esse perniciofa clero huius Dioecesis, quam proficua, ex his rationibus:

1. quia illae tres Parochiae, ad quas a Monasterio offertur jus praesentandi, sunt in aliena Dioecesi, ex quo sequi possunt innumerae difficultates et tricae in praesentatione, dum forte Parochus Dioecesis Frisingensis vi juris patronatus suae Parochiae annexi praesentare vellet clericos suae et Frisingensis Dioecesis ad ecclesias Augustanae Dioecesis contra voluntatem Augustani Episcopi, faventis merito suae Dioecesis sacerdotibus, aut etiam reclamantis et contradicentis obtinendo, quod in sua Dioecesi dentur digniores, quos oporteat praesentare, cum in jure patronatus ecclesiastici haec conditio attendi soleat ac debeat per concil. Trid. sess. 24. cap. 18. de reform., ubi statuit, si ecclesia sit juris patronatus ecclesiastici, ac institutio ad Episcopum spectet, quod patronus eum, quem digniorem inter probatos ab examinato-ribus judicabit, Episcopo praesentare teneatur, ut ab eo instituat. Et quamvis ibi loquatur de concursu, quem praecipit, eadem tamen est ratio etiam extra concursum, ubi is receptus non est. Ex quo patet, quantae difficultates oriri possint cum tempore in hoc puncto, si v. g. Parochus Tölzensis aliquem praesentaret ex sua Dioecesi, quem judicaret digniorem inter candidatos suae Dioecesis, et Episcopus Augustanus praetenderet, dari adhuc digniores in sua Augustana Dioecesi, ad quos debeat ipse attendere. Et certe, si ad ecclesias Augustanae Dioecesis semper ex Frisingensi Dioecesi sacerdotes praesentarentur, Episcopus Augustanus reciproca-tionem faceret, et ad suas ecclesias sacerdotes Frisingensis Dioecesis pariter non admitteret. Ita rescriptum continet, datum ex Vicariatu Episcopali Augustano 17. Martii ao. 1731. Quae dein utilitas patrono et clero Frisingensi?
2. Quia tres istae Parochiae, a Monasterio ad jus praesentandi oblatae, sunt valde tenues, ita ut sacerdoti bene merito vix congruam suppeditent. Ex quo evenire posset, ut, dignioribus hanc spartam recusantibus, praesentari deberent minus digni, ubi iterum Episcopus Augustanus posset ansam arripere, ob-trudendi digniores ex sua Dioecesi contra voluntatem patroni ecclesiastici, qui magis dependet ab Episcopo, et cuius can-didatos Episcopus facilius reiicere potest, quam Patroni sae-cularis, spectando eorum dignitatem, et ecclesiae, ad quam praesentantur, utilitatem.

3. Possunt multa alia incommoda intervenire circa istas Parochias in aliena Dioecesi sitas, ut, si praesentati suam pensionem non solverent, si facienda sit reparatio domorum parochialium, si hinc potentes preces interveniant ab Episcopo Augustano pro sacerdotibus suae Dioecesis, et hinc a Frisingensi pro suis, item, si tam huius quam alterius Dioecesis presbyteri concurrant ad patronum cum magna molestia tempore vacaturae; item si Augustanus Episcopus ex quibuscunque causis accedentibus repulsam faciat patrono, nisi Augustanum praesentet etc. Quis in eiusmodi casibus remedium feret patrono, in aliena Dioecesi jus patronatus ecclesiasticum et annexum suae Parochiae habenti et exercenti? Ubi litem intentabit potentiori et Episcopo de Beneficiis et Beneficiatis in eius Dioecesi existentibus? Ubi alia sua jura defendet, quae ipsi debentur juxta vulgatum versiculum:

Patrono debetur honor, onus, utilitasque,

Praesentet, praesit, defendat, alatur egenus.

Certe semper Romam recurrere in eiusmodi eventibus e regione dissita et ultramontana, nimis difficile cadit!

4. Tandem, si etiam utilitas pro persona patroni et Parochi Tölzensis subesset in hac permutatione et ipse consentiret, tamen in praeiudicium cleri haec ecclesia saecularis non posset verti in regularem iuxta prius explicata. Non enim sumus in casu permutationis praecise unius juris patronatus pro alio jure vel juribus patronatus, ut praecise detur spirituale (aut spirituali annexum) pro spirituali, sed in casu, quo praeter suum jus patronatus clericus perderet ipsam ecclesiam Königsdorff et curam animarum in ipsa, quae transferretur in Monachos per pactum ob eorum maiorem utilitatem temporalem sub conditione, ut vicissim cederent tria jura patronatus pro uno; ubi videtur se insinuare quasi aliqua species simoniae, si Monasterium pro maiore sua utilitate temporali per pactum redderet tria jura patronatus, quae spiritualia sunt, in vicem unius; sicut etiam saperet simoniam, si religiosi illi Monachi consensum patroni vel Capituli cathedralis vel Episcopi per dona temporalia obtinerent, aut obtinere niterentur, iuxta propositiones ab Innocentio 11. damnatas 45. et 46, secundum quas periculosa res est, haec sollicitare per dona temporalia, etiam tantum tanquam motiva, aut etiam tanquam gratuitam compensationem pro spirituali aut contra, quod procedit tam in munere e manu, quam a lingua et obsequio. Quomodo proin se extricabit hic Monasterium, quod ante concessionem permutationis varia vini dolia Reverendissimis DD. Consiliariis misit et invitis obtrusit?

Ad quintam rationem dubitandi, in qua Monasterium spondet, se nullum praeiudicium illaturum huic ecclesiae, patet responsio. Nam ipso facto infertur praeiudicium et ipsi ecclesiae, quae saecularis modo est, et ipsi Clero, cui ea aufertur, si mutetur in regularem, et Monachis alterius Dioecesis subiiciatur. Quod additur, permutationem irritam censendam et revocatam, si non omnia ex parte Monasterii vel Episcopi Augustani exacte serventur etc. respondeo, notum est in jure, quod in huiusmodi rebus, ubi dubium ingruit, requiratur saltem sententia declaratoria, in qua obtinenda eadem essent difficultates, processus, et expensae Romam usque e regione longinqua. Hic verum habet illud: turpius (seu difficilius) eiicitur, quam non admittitur hospes.

Ad sextam rationem, in qua spondet Monasterium, exequias in grati animi testimonium pro Reverendissimo Ordinario, Canonicis et ipso Patrono, respondeo, praeterquam quod haec promissio nihil faciat ad rem in puncto juris, videtur insuper continere periculum in puncto simoniae per munus ab obsequio spirituali pro emolumento temporali, per citatam propositionem damnatam 46., si ea promissio fiat per modum motivi ad conferendam hanc ecclesiam, ut ex eius collatione maius emolumentum temporale accipiat Monasterium, vel si hoc spirituale obsequium promittatur etiam tanquam gratuita compensatio pro emolumento temporali obtinendo ex concessione Beneficii, v. g. ad reparanda ex eo damna temporalia, quae Monasterium passum est in suis bonis temporalibus etc. etc.

### VIII.

Ex his videtur etiam fluere responsio ad alteram quaestionem, qua

16. Quaeritur secundo, an sit conveniens, ut haec permutatio per summum Pontificem fiat, qui est supra canones?

Ad hanc quaestionem videtur responsio negativa omnino in expedito esse, et absque multis ambagibus ac rationibus dubitandi, sive obiectionibus praemissis, quae ex prioribus facile solvuntur, ostenditur clare ex his rationibus:

1. Quia convenientia metienda est ex justa causa, quae in casu unionis aut dismembrationis Beneficiorum est evidens utilitas vel necessitas ecclesiarum, v. g. si ecclesia, cui unio facienda est, non habeat redditus sufficientes ad alendum suum ministrum; vel si ob tenuitatem reddituum eius non facile reperiantur ministri idonei, qui ei ecclesiae deservire velint (ca. Exposuisti 33. de praebend.) vel ut divinus cultus aut bonum publicum sic promoveatur (ca. Ex parte 12. de Constit. et concil. trid. sess. 14. cap. 19. de reformat.)

De tali autem causa, ut legitime constet, eam adesse, prae-

mittenda est causae cognitio (arg. Clem. 2. de rebus ecclesiae alien., vel non. — Wiestner ad tit. de excessibus Praelatorum n. 15.)

At vero in nostro casu non adest ulla necessitas, ut ecclesia Königsdorff uniatur Monachis Benedictoburanis, sicut etiam nulla allegatur a parte eam petente. Neque adest ulla utilitas ecclesiarum et praesertim ex parte cleri et ecclesiae Königsdorffensis, sed potius detrimentum. Utilitas autem Monasterii esset praecise temporalis, eaque non necessaria, cum Monasterium pro suis religiosis sustentandis in choro, contemplatione ac vita monastica habeat sufficientes et amplios redditus ex sua fundatione. Quod autem per pestem animalium et grandines passum sit aliquod damnum, id ex casu est et per accidens, ad quod reparandum utique clerus saecularis non tenetur concurrere per amissionem alicuius Parochiae tam insignis ad se spectantis, sicut vicissim, si clerus saecularis in sua Parochia Königsdorff tale damnum passus fuisset, utique PP. Benedictini ad id reparandum ex suis mediis non concurrissent, nec permisissent, ut ideo aliqua Parochia sua regularis propterea uniretur Parochiae Königsdorffensi saeculari.

Et quidem, etiamsi Papa faciat eiusmodi unionem, tamen exigitur, ut de causa cognoscatur in partibus, alias unio revocabitur, ut disponitur in regula 21. Cancellariae de unionibus, sicut his verbis tradit Sanchez in Moralibus lib. 7. cap. 29. n. 162. Wiestner cit. n. 15. Pirrhing ad tit. de praeb. n. 210, addens, alioquin unionem esse subreptitiam ipsoque jure nullam, nisi justitia causae probetur, ubi utique onus probandi incumbit petenti unionem, et asserenti, eam esse necessariam vel utilem, quam bonum spirituale ecclesiarum exigit.

At quis eam in casu nostro probavit aut probabit, ut oportet? Certe eam non probat triplex jus patronatus, in aliena Dioecesi oblatum patrono pro uno jure patronatus, quod habet in hac Dioecesi ad hanc ecclesiam; sique etiam quaedam utilitas esset haec, ea esset patroni et non ecclesiae.

17. Ex quo clare apparet, in hac unione sive permutatione, aut quomodocunque appelletur, nullam apparere convenientiam, ut fiat, sed potius inconvenientiam, ut non fiat per supremam potestatem ecclesiae, ad quam utique licet pro informatione recurrere, ne illa fiat, aut si etiam facta sit, de subreptione impetrationis agere, quia non disputatur de sacrosancta sede et potestate, quae illibata manet, et de qua disputare sacrilegium foret (Arg. L. 3. Cod. de criminibus sacrilegii), sed de convenientia et recta informatione danda; ubi locum habet illud, quod S. Pontifex in ca. 5. de rescriptis rescribit Episcopo Ravennati: Patienter sustinebimus, si non feceris, quod prava nobis fuerit insinuatione suggestum. Estque res decantata in rubrica de rescriptis, quod liceat de sub-vel obreptione rescriptorum agere apud summam sedem.

18. Secundo, quia in puncto quaestionis et mutationis ecclesiae Königsdorff e saeculari in monachalem videtur versari praeiudicium tertii, nempe cleri saecularis, qui habet jus quaesitum in ea ecclesia, quam hactenus semper possidebat (per ca. 5. de praebend. in 6 et ea, quae ibi notant D. D., de quo supra n. 7. in animadversione juris.)

At quamvis S. Pontifex per plenitudinem potestatis possit alicui, sive statui ecclesiastico sive privato, auferre jus suum quaesitum, si bonum commune ecclesiarum id exigat, cui bonum privatum alicuius status aut privati cedere debet, non tamen conveniens est, ut facile alicui, praesertim statui, suum jus quaesitum auferatur, ubi dubium est, an bonum commune ecclesiarum id exigat, maxime ubi jus, quod auferitur, non compensatur illi, cui auferitur, ut in nostra specie eveniret, ubi hanc mutationem nec bonum publicum universalis ecclesiae, nec Dioecesis Frisingensis exigit, ut ex dictis patet, neque statui clericali fieret compensatio; quia pro hac ecclesia regulari non daretur clero alia, quae e regulari fieret saecularizata, nam tria jura patronatus, quae offeruntur, sunt ad ecclesias iam saecularizatas, et quidem existentes in aliena Dioecesi; sique aliquam compensationem referrent, ea non concerneret ecclesiam, sed patronum. Quae igitur exinde convenientia potest resultare?

19. Tertio, quia per concessionem huius gratiae, PP. Benedictinis factae, et per hanc mutationem Beneficii saecularis in regulare ac translationem eiusdem ad Monachos alienae Dioecesis fieret derogatio juri communi et concilio Tridentino locis citatis, quae derogatio juxta notoriam Doctorum sententiam et regulam odiosa est, ac proin, licet summus Pontifex per supremam suam potestatem, quam in Ecclesia gerit, sit supra canones et concilia et iis derogare possit, non tamen est conveniens, nec ita facile fieri solet, ut iis deroget sine magna et urgente causa, qualis hic nulla adest pro hac mutatione facienda, sed potius adsunt causae gravissimae (ut ex deductis patet) pro ea non facienda. Quae igitur eius faciendae convenientia? Certe si dubium verteretur, an causae, quae allegantur a PP. Benedictinis, sint sufficientes, stante hoc dubio convenientius foret, ut res secundum jus commune et concilium Tridentinum relinqueretur in statu et jure antiquo, quam ut fieret huic derogatio cum praeiudicio cleri saecularis, per quem, quia copiosus est, conformiter juri communi et concilio Tridentino facile et maiori convenientia suppleri potest defectus in ecclesia Königsdorffensi (si quis adesset), quam per Monachos regulares alterius Dioecesis.

Haec (salvo meliori iudicio) scripta sunt absque partium studio, praecise ad considerandum rationes, quae afferuntur; quae, si minores alicui videbuntur, afferantur meliores, quibus ut hae ce-

dant, si minus habentes per prudens iudicium apparebunt, aequitas naturalis et prudentia exiget.

### Beylage R.

Gutachten des Bischofs von Brixen über die Vereinigung der Pfarrey Königsdorf mit dem Kloster Benedictbeuern, erstattet an die Congregatio Cardinalium interpretum concilii tridentini.

8. May 1733.

Eminentissimi et Reverendissimi Domini Domini Colendissimi!

Proxime priori abhinc anno praesentatae mihi fuerunt litterae Eminentiarum Vestrarum a Presbytero Mathia Sambweber, Consiliario ecclesiastico Frisingensi et Parocho in Partenkirch, dioecesis Frisingensis in Bavaria, ut mandatario Magistri Nicodemi Sambweber, Parochi et Decani ruralis in Tölz et Rectoris Ecclesiae parochialis in Königsdorff, praedictae Frisingensis dioecesis, sub 22. Junii prioris anni scriptae, quibus super precibus a praefato Magistro Nicodemo et aliis Ecclesiasticis in s. congregatione praesentatis Eminentiae Vestrae me prius audiendum esse censuerunt mihiq; demandarunt, ut easdem desuper instructas reddam, animiq; mei sententiam aperirem. Et licet in hoc alieno negotio nihil cogniti haberem et exacta notitia ob loci distantiam et alias difficultates non tam facile haberi possit, pro debita tamen erga Eminentias Vestras reverentia et s. Sedem obsequendi perpetuo studio morem gerere pro possibilitate volui, atque ex documentis pro parte cleri saecularis capituli ruralis Tölzensis productis inveni, Serenissimum et Reverendissimum Dominum Joannem Theodorum Episcopum et Principem Frisingensem et Ratisbonensem, utriusque Bavariae Ducem, cum consensu Capituli cathedralis Frisingensis ad supplices preces Domini Magni Abbatis et totius conventus Benedictbeuern, dioecesis Augustanae, per modum permutationis concessisse auctoritate ordinaria parochialem Vicariatum in loco Königsdorff, ut ibidem duo Religiosi ex suo Monasterio ad exercendam curam animarum in perpetuum exponi possint, ita tamen, ut

- 1) vicissim praefatus Dominus Abbas et monasterium Parocho Tölzensi, qui jus patronatus et praesentandi ad Vicariatum parochialem praedictum possidebat et principaliter in ecclesia Königsdorffensi canonice institutus erat, pro extincto hoc jure alia tria jura patronatus et praesentandi ad tres Parochias saeculares in Augustana dioecesi sitas, nempe Schwabhausen, Uffing et Söchering, vel si Parochia Uffing minus pla-

- ceret, ad aliam ex tribus Parochiis Vnterfining, Endering vel Millhausen secundum electionem Parochi Tölzensis pariter in perpetuum cederet.
- 2) Si ex parte Ordinariatus Augustani post breve vel etiam longissimum tempus difficultates moverentur, quo minus Parochus Tölzensis pro tempore existens jus patronatus ad praefatas tres parochiales Ecclesias libere exercere posset, quibusvis demum modis huiusmodi remorae ponerentur, Abbas et monasterium Benedictbeurn semper et in perpetuum sine ulla tergiversatione vel exceptione etiam temporis immemorialis obligati sint ad Vicariatum Königsdorffensem Parocho Tölzensi restituendum, redditus invicem tribus parochialibus juri- bus praedictis, dictamque permutationem, repositis omnibus in antiquum statum, penitus tollendam.
  - 3) Promittit Abbas et monasterium, pensionem hactenus a Vicario Königsdorffensi Parocho Tölzensi quotannis solutam, nempe 65 florenorum Rhenensium, singulis annis sine ulla diminutione per suos Vicarios Religiosos imposterum exponendos Parocho persolvere et
  - 4) cathedrae, contributiones ad infulam et seminarium, subsidium charitativum, procuraciones visitationum, uti et omnes alias hactenus a Parochia Königsdorffensi praestari solitas contributiones et jura tum Decanalia cum Episcopalia exacte dependere.
  - 5) Non minus D. Abbas cum monasterio se obligat ad resarcitionem jurium Cancellariae Curiae Ecclesiasticae Frisingensis hactenus ratione perpetuationis et modernae admissionis Vicarii depensorum decem florenorum, uti etiam pro consuetis honorariis et alijs convenientibus taxis, quae in obitu vel mutatione Vicarii saecularis praefatae Cancellariae attributa sunt viginti florenos ad manus Reverendissimi Consistorii Frisingensis, taxam vero obsignationis et reserationis relictae haereditatis Vicariorum saecularium, quae per expositionem Vicarii Religiosi Decanali officio Tölzensi decederent, semper ad obitum cuiscunque Domini Abbatis in Benedictbeurn sine diminutione aut minima mora persolvere.
  - 6) Ecclesia et Parochia seu Vicariatus Königsdorffensis prout hactenus ita et imposterum Parocho Tölzensi pro tempore existenti subjecta sit et in perpetuum subjecta maneat, ita ut neque a monasterio vel eiusdem Vicariis Religiosis ulla, vel minima exemptio praetendi aut quaeri possit.
  - 7) Idem Abbas sancte promittit, quod Beneficium saeculare in dicto loco Königsdorff unacum additione ab Ecclesia in Getretsried, uti et jus patronatus ad idem Beneficium a Parocho



Tölzensi hactenus possessum in statu prout hactenus inconcussum relinquere, neque Beneficiatum vel eius successores ratione missarum votivarum a Vicariis Religiosis quoquo modo gravare vel impedire velit. Et super hæc omnia

- 8) nonnisi duos Religiosos in Vicariatu Königsdorffensi exponere, nec unionem quocunque excogitabili modo vel quovis praetextu quaerere, nec directe, nec indirecte evincere D. Abbas aut monasterium possit aut valeat. Qui
- 9) insuper promittit, in debitam gratitudinem concessae permutationis ad decessum omnium et singulorum Reverendissimorum et Celsissimorum Episcoporum et Reverendissimorum Canonorum cathedralis Ecclesiae Frisingensis in perpetuum solemnes exequias cum figurato officio celebrare, reliquos vero sacerdotes monasterii in suis sacrificiis specialiter ad memoriam pro anima defuncti adigere. Denique
- 10) saepe memoratus D. Abbas et monasterium promittit, desuper confirmationem Apostolicam sub enarratis et non aliis conditionibus procurare.

Contra quam permutationem quidem Parochus Tölzensis, Magister Nicodemus Sambweber, de cuius jure patronatus in ecclesiam seu Vicariatum Königsdorffensem, cuius ecclesiae, prout instrumentum investiturae sub litt. A. productum luculenter probat, tanquam Rector principalis canonice institutus est, alienando vel permutando agebatur, nomine proprio et cleri saecularis Capituli ruralis Tölzensis se continuo, necquicquam sibi a superioritate sua per indirectum intentatis minis, opposuit, producendo rationes, quibus iudicabat, praetensam evidentem utilitatem exinde sibi et clero eventuram valide enervari, quae rationes in compendium contractae potissimum hae sunt: quod

- 1) redditus et proventus trium Parochiarum, ad quas jus patronatus a monasterio in Parochum Tölzensem transfertur, nequidem adaequent, minus superent proventus Parochiae Königsdorffensis.
- 2) Haec Parochia, licet per Vicarium perpetuum a Parocho Tölzensi praesentandum provideatur, re ipsa matrix sit Ecclesia etiam respectu Tölzensis, eo quod in hac primario et principaliter tanquam Rector et Parochus Tölzensis institui solitus sit, et residentiam solum in loco seu pago Tölz utpote magis frequentato et populoso faciat.
- 3) Parochia Tölzensis, hucusque saecularis, per permutationem in statum regularem converteretur, dum tres Parochiae, ad quas ceditur jus patronatus, semper alias fuerint et sint saeculares, atque ita clerus saecularis amitteret jus in Parochiam, quae hactenus per Presbyteros saeculares cum magno

fructu animarum sine querela administrata, magno ornatu ecclesiastico, novis aris et cathedra provisa, et pluribus ss. reliquiis aucta est; econtra monasterium novum jus acquireret.

- 4) In districtu capituli ruralis Tölzensis jam antea quatuor Parochiae a Regularibus Vicariis possideantur, quibus si accederet etiam quaestionata Parochia Königsdorffensis, successive vix una vel altera ecclesia clero saeculari in eodem districtu reliqua foret.
- 5) Saeculari clero Frisingensi non leve praecjudicium irrogaretur, si in sua dioecesi parochiale Beneficium ammitteret, et extra suam dioecesim, cui adscripti sunt et in qua educati, promotiones praesertim ad ecclesias minoris momenti et ponderis quaerere deberet, quae rationes forsitan etiam praedecessores Episcopos et Principes Frisingenses permoverunt, ut huic unioni a monasterio Benedictheuern jam dudum expetita non assenserint, praesertim si verum est, quod olim ab eodem monasterio praetensa unio Parochiae Königsdorffensis Romae fuerit ventilata et contra monasterium a Celsissimo Ordinario Frisingensi obtentae plures sententiae seu decisiones.

Quibus rationibus omnibus tamen non consideratis, et constanter licet reclamante Patrono Nicodemo Sambweber, cui competit jus patronatus et praesentandi ad Vicariatum parochialem Königsdorffensem, ex parte Serenissimi et Reverendissimi Domini Ordinarii Frisingensis consentiente Capitulo saltem pro majori parte, dissentientibus tamen etiam aliis Canonicis, prout ex epistola Domini Canonici Lib. Baronis de Wertenstein sub litt. B. in copia authentica hic adjecta eruitur, processum fuit ad unionem seu permutationem Vicariatus parochialis Königsdorffensis et causa successive per Eminentissimum Prodatarium ad s. Congregationem s. Concilii Tridentini Interpretum deducta, ac a me desuper mentis meae sententia ab Eminentissimis Vestris expetita.

Ut proin ad breviter, quantum fas fuit, expositam facti speciem animi mei sententiam pandam, observavi, rationes ab oratore nomine suo et totius cleri saecularis Tölzensis tum coram Serenissimo et Reverendissimo Ordinario, cum eiusdem Capitulo deductas tales esse, quae consideratione omnino dignae fuissent, ut dissentiente et contradicente Patrono tam facile non debuisset deveniri ad unionem seu permutationem hanc in eiusdem Patroni et cleri praecjudicium. Qua quidem praepropera resolutione et desuper jam expeditis permutationis instrumentis res cleri et Parochi Tölzensis oppido difficilis et pluribus expensis obnoxia reddita est. Unde etiam ego informationem, si quae foret haurienda pro parte cleri saecularis, vix capere potuissem, nisi ab Ordinariatu et Capitulo Frisingensi, quod utique

contra proprium factum illam datura non foret; quapropter ab illa utpote supervacanea petenda supersedi. — Deinde eandem ss. canonicibus et s. concilio Tridentino non adeo convenientem censeo, utpote contra expressam Patroni Parochi Tölzensis protestationem et conquerente clero saeculari unius Beneficii saecularis in regularem statum translati et extra fines dioecesis Frisingensis factam.

Nec est ulla necessitas huius permutationis, cum Episcopatus Frisingensis abundet clericis saecularibus doctis et piis, ac in cura animarum zelosis; nec utilitas, siquidem hanc permutationem nec Episcopo Frisingensi nec Augustano, nec monasterio Benedictbeurn, nec populo et gregi spirituali Vicariatus Königsdorffensis proficuum indico. Non Episcopo seu Ordinariatus Frisingensi. Ad quid enim tot clausulae et praecautiones contractui permutationis appositae, nisi quod se ipsis prodant plurimas difficultates et lites in futurum pertimescendas? quibus tamen cum Religiosis exemptis in aliena dioecesi sitis satis praecaveri vix poterit. Non Ordinariatus Augustano, qui clericos ex dioecesi Frisingensi ad tres Parochias praesentandos a Parocho Tölzensi non adeo aequis oculis aspiciet, cum ipsemet clero valeat copioso et docto, cui a se educato et culto alienum praeferrere aegre patietur. Non monasterio Benedictbeurn. Vel enim suos Monachos monasterium pro Vicariis diu et per plures annos expositos habebit, praesertim in aliena Dioecesi, et tunc timendum est, ne Religiosi, intra claustra in disciplina monastica eruditi, liberiori aeri haud assueti, spiritum regularem sensim dissuescant, nec populo satisfaciant, nec in monasterium revocati quandoque religionis legibus se accomodare vel magno labore et superiorum molestia in ordinem redigi possint. Vel crebro Vicarios suos mutabit monasterium? Et tunc populo consultum non foret, qui quodammodo perpetuum pastorem, qui longo usu vultum gregis sui cognitum pro prudenti zelo pascat, etiam ad mentem ss. Canonum requirit, et continua mutatio pastorum vix quidquam boni producet; nam qui se perpetuum agnoscit, gregem suum tanquam proprium a Deo sibi commissum solertius, temporaneus et ad nutum revocandus vero languide curabit. Nec populo Königsdorffensi consultum esset. Cum enim haec permutatio suum effectum sortiretur, Religiosi expositi ad curam animarum iura sua temporalia, quae in districtu parochialis Vicariatus Königsdorffensis et in illa vicinia possident et exercent, scilicet venandi, piscandi, lignandi, decimandi etc., acrius et majori solertia exacturi sunt (in hunc enim ferme unicum finem preces pro hac permutatione impetranda Ordinariatus Frisingensi praesentarunt, prout transsumptum hic annexum sub litt. C. plenius exhibet), haud vane timendum est, ne parochianos, quorum multi hac in parte subditi sunt, huiusmodi exactionibus quantumvis justis a se avertant et diffidentia inter pastores et gregem oriatum, quod

quotidiana experientia plusquam satis testatur cum ingenti animarum detrimento.

Quin imo Parochiani Kimbsdorffenses seu Königsdorffenses coram Notario publico sub. 5. Nov. anni 1732 satis aperte aversionem hanc suam prodiderunt, uti ex adiecto instrumento in latinum converso apparet sub litt. D.

Taceo, quod conditiones et clausulae quaedam permutationi insertae quodammodo turpem mercaturam in spiritualibus sapere videantur.

Meo igitur tenni, salvo tamen aliorum, praesertim Eminentiarum Vestrarum sapientissimo iudicio, melius et spirituali praesertim utilitati provisum videtur, si clerus in sua antiqua possessione relinquatur, ut saltem secundarium incitamentum habeat, etiam imposterum strenue suam operam in vinea Domini sub spe melioris commodi collocandi; siquidem monasterium Benedictbeurn, alias temporalibus bonis satis provisum, non ita egere creditur, ut clerus, qui pondus aestus et diei portat, jure suo tam facile privari debeat, pro quo novis ad s. Sedem precibus sub litt. E. demississime instat.

Et haec sunt, quae Eminentis Vestris ex sinceritate animi, nullo studio partium ductus, sed longo usu doctus, pro petita instructione, remittendo preces sub litt. F. depromere volui, simulque me et Ecclesiam Brixinensem mihi commissam Eminentiarum Vestrarum potentissimo patrocinio humillime commendo \*).

### Beilage S.

Die Congregatio Cardinalium s. Concilii tridentini interpretum erklärt die Vereinigung der Pfarrey Königsdorf mit dem Kloster Benedictbeuern als unzulässig und der apostolische Protonotar Prosper Colonna erläßt ein Mandat zum Vollzuge dieses Ausspruches.

18. und 23. Jun. 1735.

Nos Prosper Columna, Protonotarius Apostolicus nec non Curiae causarum Camerae Apostolicae generalis Auditor, Romanaeque Curiae Judex ordinarius, a Sanctissimo Domino Nostro Papa specialiter electus et deputatus.

---

\*) Die in den Ordinariatsacten liegende Abschrift dieses Gutachtens hat von aussen den Titel: *Litterae informationis cum voto a Celsissimo et Reverendissimo Principe et Episcopo Brixinensi ad s. Congregationem interpretum concilii Tridentini in causa permutationis seu unionis perpetuae parochialis ecclesiae in Königsdorf ad aut in Monasterium Benedictbeurn erga tria alia jura patronatus, ddo 8. Maji 1733.*

Universis et singulis Reverendissimis Dominis Abbatibus, Prioribus, Praepositis, Decanis, Diaconis, Archidiaconis, Scholasticis, Cantoribus, Thesaurariis, Sacristanis, tam cathedralium quam collegiarum ecclesiarum Canonicis, parochialiumque Rectoribus, Plebanis, Viceplebanis, curatis vel non curatis, caeterisque Presbyteris, Clericis, Notariis, Tabellionibus publicis quibuscunque, illique vel illis salutem.

Noveritis, fuisse comparitum pro parte et ad instantiam Reverendi Domini Mgr. Nicodemi Samweber, Parochi et Decani Tölzensis, nec non universi cleri Tölzensis, constituentis capitulum saeculare rurale dioecesis Frisingensis, et expositum, qualiter praetendentibus Reverendissimo Abbate et monachis ord. s. Benedicti Monasterii in Benedictbeyrn dioecesis Augustanae obtinere a Sanctissimo Domino Nostro confirmationem asserti contractus unionis seu permutationis Parochiae Königsdorffensis dioecesis Frisingensis cum aliis tribus Parochiis dioecesis Augustanae inti de consensu Ordinarii et capituli cathedralis Ecclesiae Frisingensis nullo praevio consensu dicti Parochi et Decani Tölzensis, patroni dictae parochialis Ecclesiae Königsdorffensis, remissaque supplicatione ex parte dicti Reverendissimi Abbatis et monachorum ad huiusmodi effectum in Dataria Apostolica praesentata ad sacram Congregationem Eminentissimorum D. D. Cardinalium sacri Concilii Tridentini Interpretum vigore decreti Eminentissimi et Reverendissimi Domini Cardinalis Prodatarii disputatum fuit in eadem sacra congregatione die 18. currentis mensis Junii dubium, *an sit concedendum beneplacitum Apostolicum*, et prodiit resolutio: *Negative, et amplius causa non proponatur.*

Verum quia saepe contingit, quod resolutiones non observentur, neque debitae et totali executioni demandentur, ideo cupientes instantes praefati huiusmodi resolutionem debitae executioni demandari, ideo ad nos recursum habuerunt, quatenus sibi in praemissis de aliquo opportuno juris remedio providere velle dignaremur.

Nos igitur Prosper Columna, Auditor et Iudex praefatus, petitioni huiusmodi tanquam justae annuentes, vobis omnibus et singulis supradictis et vestrum cuilibet in solidum tenore praesentium committimus et in virtute s. obedientiae stricte praecipiendo mandamus, quatenus statim visis seu receptis praesentibus, et postquam praesentium vigore fueritis requisiti, seu alter vestrum fuerit requisitus, ex parte nostra, imo verius Apostolica autoritate moneatis et requiratis ac moneri et requiri faciatis, prout nos per praesentes monemus et requirimus, dictos Reverendissimos Abbatem et monachos s. Benedicti praedicti omnesque alios in executione praesentium nominandos et cognominandos, quatenus infra sex dierum spatium, quorum duos pro primo, duos pro secundo, et reliquos duos

dies pro tertio, ultimo et peremptorio termino canonicaque monitione nos assignamus (*et*) vos assignetis eisdem, sub mille ducatorum auri Reverendissimae Camerae Apostolicae applicandorum, et pro illis (*illius?*) mandati executivi (*executione?*) et in juris subsidium excommunicationis etc. aliisque (*pro*) arbitrio poenis, debeant ab omnibus molestiis, vexationibus, perturbationibus et impedimentis in, de et super praemissis quomodolibet illatis, datis, factis et praestitis, vel inferri coniuratis (!) a dandisque forsan et inferendis in futurum penitus et omnino cessasse, destitisse et sese abstinuisse, dictasque molestias et caetera contraria nullas et nulla declarasse, et tanquam talia revocasse, et pro revocatis habuisse, praefatamque resolutionem dictae sacrae Congregationis Tridentini ut supra emanatam in omnibus et per omnia ac ad unguem observasse, adimplevisse, debitaque et totali executioni demandasse, et ex causa executionis huiusmodi praefatum assertum contractum fuisse et esse nullum, irritum, invalidum ac nullius roboris et momenti declarasse, provideque beneplacitum Apostolicum eidem contractui non fuisse nec esse concedendum, nec licuisse neque ullo unquam tempore licere, facere permutationem dictarum Parochialium et respective unionem dictae Parochialis Königsdorffensis Monasterio in Benedictbeyrn, et per quos opus fuerit cessari, desisti, observari, adimpleri ac debita executioni demandari fecisse, nullumque, irritum et inanem praefatum contractum pariter declarari fecisse ac observari respective ut supra demandasse, seque ad haec et alia omnia desuper necessaria et opportuna arctari, cogi et compelli, quaecunque relaxari, sententias ferri et promulgari, jus et justitiam fieri et administrari, atque omne jus omneque remedium instantium utilius et expeditius deduci, beneficiumque juris et nobile officium iudicis implorari praemissa et alia omnia desuper necessaria et opportuna sic et omni meliori modo fieri et interponi vidisse, expensas et damna refecisse, et praesentibus omnino paruisse. Alioquin eosdem sic monitos, si (*se*) gravatos fore senserint, peremptorie citetis, citarique curetis et mandetis, prout citamus citarique volumus et mandamus per praesentes, quatenus sexaginta dies ab executione praesentium computando compareant Romae in iudicio legitime, coram nobis causam eorum praesentis gravaminis allegaturi et justitiae complementum consecuturi. Certificantes eosdem sic monitos et citatos, quod si in dicto citationis seu monitorii termino comparuerint sive non, nos nihilominus ad praemissa et alia graviora juris et facti remedia procedemus justitia mediante, eorum absentia seu contumacia in aliquo non obstante, et insuper inhibeat, praecipiat et mandet, prout nos inhibemus, praecipimus et mandamus per praesentes omnibus et singulis iudicibus de partibus, quavis dignitate fungentibus seu functuris, caeterisque justitiae ministris, nec non omnibus aliis in executione prae-

sentium nominandis et cognominandis, ne sub jam dictis poenis seu censuris audeant seu praesumant, aut aliquis eorum audeat seu praesumat, dictos instantes de et super praemissis illorumque causa et occasione in partibus molestare, vexare, perturbare, inquietare et impedire, seu molestari, vexari, perturbari et impediri et in iudicium trahi, vocari et conveniri facere, nec aliud quidquam in praejudicium dictorum instantium attentare et innovare, vel attentari et innovari facere quovis sub praetextu etc. Quod si secus etc. absolutionem etc. In quorum fidem etc.

Datum Romae ex magna Curia Innocentiana Montis Cimatorii hac die 23. Junii 1735.

Antonius Urbanus Al. N. (*apostolicus Notarius.*)

P. H. Guglielmi Em . . . . .

### Beilage T.

Wiederholter Auftrag zum Vollzuge der Entscheidung über die Unzulässigkeit der Vereinigung der Pfarrey Königsdorf mit dem Kloster Benedictbeyern.

24. Aug. 1736 \*).

Prosper Columna, Protonotarius Apostolicus nec non Curiae causarum Camerae Apostolicae Generalis Auditor, Romanaeque Curiae Judex ordinarius, ab eodem Sanctissimo Domino Nostro Papa specialiter electus et deputatus.

Noverint universi et singuli, hoc praesens publicum instrumentum sententiae visuri, lecturi legique pariter audituri, qualiter unus ex Sanctissimi Domini Nostri Papae cursoribus retulit in scriptis, se die 23. Augusti citasse, deinde ac ad abundantiore cautelam etiam per contradictorias pro parte et ad instantiam R. D. Nicodemi Samweber, Parochi loci Tölz, ac universi cleri Tölzensis, constituentis capitulum rurale dioecesis Frisingensis, Dominum Laurentium Origlia, Executorem Reverendissimi Abbatis et monachorum monasterii in Benedictbeyren, ordinis s. Benedicti, dioecesis Augustanae, executorialium, ad videndum reiterari omnes et singulos terminos substantiales male forsan, nulliter et inculcare tentos (!) habitos, atque servatos in vim quarumcunque facultatum absolvi instantem a censuris ad effectum etc., deferri juramentum in supplementum plenae probationis, quatenus opus sit concludendum concludi-

---

\*) Diese, so wie die vorhergehende Urkunde (Lit. S) liegen nur in einfachen, allem Anscheine nach nicht ganz genauen Abschriften vor. Wiederholte Versuche, zur Einsicht der Originalien oder zum Besitze besserer Copien zu gelangen, blieben ohne Erfolg.

que videndum in causa, et audiendam sententiam diffinitivam in forma ad praecedentia.

Qua quidem die et hora antedictis adventis R. D. Camillus Philippus Sellari Procurator p . . . . ac obiter reiterari terminos substantialiales ut supra etc., instantem a censuris, si quibus etc., absolvi ad effectum etc. petens amplius ut supra etc. Ex tunc Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Furietus, Al. (*Apostolicus*) Lns (*Locumtenens*), sed . . . . V . . . . Al . . . .\*) sententiavit et pronuntiavit, prout in cedula, quam suis prae manibus habens vidit, legit, subscripsit et postea mihi consignavit ad effectum publicandi, prout publicavi, tenoris sequentis, videlicet:

Christi nomine invocato pro tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, per hanc nostram definitivam sententiam, quam de jurisperitorum consilio in his scriptis ferimus in causa et causis, quae po. (*primo*) et in pa. (*prima*) seu alia veriori coram nobis versae fuerunt et vertuntur instantia inter R. D. Nicodemum Samweber, Parochum loci de Tölz ac patronum ecclesiae parochialis Königsdorffensis, ac universum clerum Tölzensem, constituentem capitulum universale (!) dioecesis Frisingensis, actores ex una, et Reverendissimum Abbatem et monachos monasterii in Benedictbeyren, ordinis s. Benedicti, dioecesis Augustanae, reos conventos partibus (!) ex altera, de et super executione et observatione resolutionis sacrae Congregationis Concilii, denegantis beneplacitum Apostolicum assertae unioni dictae ecclesiae parochialis loci de Königsdorff monasterio praedicto in Benedictbeyren, et respective assertae permutationis Parochialium de Schwabhansen, Söchering et Uffing, in eadem dioecesi Augustana sitarum, cum praefata ecclesia parochiali Königsdorffensi mediante dicta resolutione edita die 18. Junii 1785 super etc., qua ad dubium, an beneplacitum apostolicum sit concedendum casu etc. responsum fuit: *Negative et causa amplius non proponatur*: rebusque aliis etc. dicimus, pronuntiamus, decernimus ac declaramus et definitive sententiamus, eandem resolutionem sacrae Congregationis Concilii in omnibus et per omnia fore et esse exequendam et observandam, prout exequi et servari volumus et mandamus, et pro effectu executionis huiusmodi dicimus, decernimus, declaramus, pronuntiamus et definitive sententiamus, dictam assertam permutationem et respective unionem fuisse et esse cassandam, annullandam et irritandam, prout annullamus, cassamus et irritamus, et pro

---

\*) Obenstehende brey Worte sind so abgekürzt, daß sie sich schwer ergänzen lassen.



nulla, cassa et irrita haberi volumus et mandamus, neque licuisse neque licere Abbati et monachis praedictis, huiusmodi facere permutationem et respective unionem, perpetuumque silentium eisdem Abbati et monachis desuper imponendum fore et esse, prout imponimus partemque victam victrici in expensis condemnamus, quarum taxationem Nobis vel cui de jure imposterum reservamus et ita dicimus, pronuntiamus, decernimus, declaramus et definitive sententiamus non solum etc. sed et omni etc. Ita pronuntiavi J. A. Furiettus Lns. (*Locumtenens.*)

Quae omnia et singula suprascripta vobis omnibus et singulis suprascriptis insinuamus, notificamus et ad vestram notitiam deducimus deducique volumus et mandamus, ne de praemissis ignorantiam aliquam ullo unquam tempore allegare valeatis, taliter etc. In quorum fidem etc.

Datum Romae ex aedibus nostris in magna Curia Innocentiana Montis Cimatorii hac die 24. Augusti 1736.

(L. S.) Pro Domino Antonino Urbano Al. (*apostolico*) Notario.  
Aug. Ant. de Ceparis Connot.

J. A Furiettus, Lns.

## Beylage U.

Denjenigen Lesern, welche es etwa nicht der Mühe werth finden, die römischen Streitschriften über die Vereinigung der Pfarrey Königsdorf mit dem Kloster Benedictbeuern (Beylagen G — N) ganz und mit Aufmerksamkeit zu durchlesen, um hieraus den römischen Curialstyl und den Geschäftsgang bey den Päpstlichen Justizbehörden damaliger Zeit kennen zu lernen, wird es nicht unangenehm seyn, hier auch noch als übersichtliche Darstellung

G. Meichelbeck's Relation über diese Streitsache

zu erhalten, welche derselbe seiner nie im Drucke erschienenen, aber als Manuscript in vier Foliobänden (auf der Kgl. Hof- und Staatsbibliothek in München als Cod. lat. N. 2637) nach vorhandenen, i. J. 1730 hergestellten Beschreibung des Klosterarchives von Benedictbeuern (Archivum Benedicturanum) einverleibt hat. Sie lautet also:

I. Henricus, diß Namens der Sechste Abbt Unserß Klosters, von Geschlecht ein Edler Pienzenauer (so ao. 1378 die Praelatur angetreten) hat sich, vnder anderen seinen ser erspriestlichen Bemühungen, auch absonderlich umb die Pfarr Kumbstorff beworben, vnd vmb das Jahr Christi 1398 bey dem Freysingischen Bischoff Bertoldo de Wacchingen, einem Schwäbischen Edlmann, die sach so weith gebracht, daß derselbe solche Pfarr mit allen Rechten vnd Zugehörungen, sambt dem Jure Patronatus, quantum in

ipso erat, unserm Kloster geschenktet und incorporirt: welche Donation gleich volgendes Jahr von Pappst Bonifacio IX. erstlich den 5ten Februarii ex certa scientia confirmiert, auch alle defectus (so etwann deren eine möchten eingeschlichen sein) supplieret: ja expresse contestieret, daß seine Heilligkeit nit Reflexion machten auf die Bitt des Abbtens oder des Convents, sondern sie thäten solches ex motu proprio et de mera liberalitate, vnd dieses in perpetuum, also zwar, daß, wann der damahlige Pfarrer zu Rumbstorff dieses Zeitliche solle segnen, so dann also gleich der Abbt vnd das Convent propria autoritate die Körperliche possession könnten nemben, die einhünfften gaudieren, die Pfarr entweder durch aigne Religiosen oder durch andere Priester, es weren dieselbe Weltliche, oder Ordens=Personen, versehen, dergleichen Priester ad nutum amovieren, vnd dieses zwar ohne einige obligation, den Bischoff hieryber zu begrieffen, oder demselben einige primos fructus wegen solcher einsetzung zu raichen.

Run nach sothaner erhaltenen Päpstlich = vnd Bischofflicher hohen Gnad, sobald herr Rudolph Haslinger, damahliger Pfarrer zu mehrgedachtem Rumbstorff, die Zeitlichkeit verlassen, hat Abbt Henrich vnd das Convent alsogleich zur sach gegriffen, vnd alskorten possession genommben: da sich aber alsogleich einige starke contradiction erzeget, indeme nemblich Petrus Lutwini, ein thumbherr zu Freysing, sich hervor gethen, vnd diese Pfarr angesprochen, vorgebendt, daß er dieselbe von Päpstlichen Stuehl erhalten habe, vnd sie also ihme gebühre.

Diese sach kame segleich nacher Rom, allwo nach gnugsamer Durchsuchung der Documenten endtlich wohlgemelten thumbhern nit gefahlen lang zu streitten: gestalten er dann bald gewichen, vnd seine praetension fallen lassen, worauf Höchst gedacht Ihro Heiligkeit Bonifacius IX. die incorporation der Pfarr Rumbstorff unserm Kloster ao. 1400 (1399) den 15. May auf ein neyes, vnd also das anderte mahl confirmieret, jedoch die oberzehlte favorable clausulen nit mehr repetiert, sondern befolchen, das Kloster solle zu Rumbstorff einen vicarium perpetuum stellen, demselben seine Congruam raichen, vnd ihne also versehen, daß derselbe im stand seye, seine Schuldigkeiten dem Bischoff abstaten zu können.

Es ist eine clare sach, vnd geben es die acta, daß Abbt Henrich gemess dem oben angezogenen Päpstlichen Befehl die Pfarr Rumbstorff in Besitz genommben habe: wie lang aber solche possession hernach continuieret worden, weiß ich nirgendts zu findten. Dises aber ist gewiß, das Hermanus Bischoff zu Freysing (so ao. 1412 den 26. July erwehlet werden, vnd hernach ao. 1421 den 13. Septembris verstorben) non obstante dicta unione et incorporatione per Bertoldum Episcopum facta, et per Bonifacium Papam semel iterumque confirmata mit seinem thumbCapittl ein Statutum gemacht, daß zu künftigen Zeiten die Pfarr Rumbstorff durch niemandt anderen, als durch einen thumbherrn solle administriert werden: welches Statutum a Joanne XXIII. P. P. confirmiert worden, wodurch dann geschehen, daß einige dergleichen thumbherrn hernach solche Pfarr be-

sehen, vnd zwar in specie (post Georgium Eglinger) Joannes Greiff, so geböhren ware ex quodam Duce Bavariae et quadam soluta, wie die Päpstliche Bulla de anno 1447 lautet, Krafft dero derselbe des Bayrischen Herzogs natürlicher Sohn von Pappien Nicolao V. ein Canonicat zu Freysing erhalten: 3 Jahr aber hernach nemlich anno 1450 von Joanne III. Bischoffen zu Freysing auch die Pfarr Kumbstorff bekommen. Vnd thäte man halt vnserseits, allem Ansehen nach, allen diesen Handlungen so vile Jahr hindurch gleichwohl zusehen, vnd Sigl sambt Brieffen in der rueligen lassen: welches ob es ex Documentorum ignorantia, aut ex respectu sanguinis Ducalis, aut ex timiditate, aut alia simili causa geschæhen, weiß ich nit zu decidieren.

Dieses aber ergibt sich aus denen actis, daß als anno 1453 gedachter Joannes Greiff, Freysingischer thumbherr vnd Kumbstorffischer Pfarrer, in die ewigkeit abgefertigt worden, Abbt Wilhelm hinfüro sich zu movieren angefangen, vnd gleich nach dessen Tode auf ein neues zu Kumbstorff possession genommen. Damit ihm nun sein intentum desto sicherer möchte hinaus gehen, nambe er seine Zuflucht zu Kayser Friedrich dem dritten, zu dessen Sacellanus er ohne dem in eben selbftigen 1453. Jahr allergnedigst ernennet worden. Es hat auch an dem Gunst des Kayfers keineswegs ermanglet, sintemahlen derselbe alsogleich ad Nicolaum V. P. P. geschriben, die völlige Speciem facti vorgestellt, vnd gebetten, daß, weilten Abbt Wilhelm ob non continuatam possessionem zweiffelte, ob dise seine erneuerte possessio nit könnte angefochten werden, Ihro Heiligkeit dieselbe ratificieren vnd bestättigen, auch die etwo eingeschlichne defectus apostolica autoritate gleichwohl supplieren, vnd die Pfarr auf ein neues dem Closter in perpetuum adjudicieren möchte.

Auch an dem Päpstlichen Hof hat es dem Herrn Abbt Wilhelm dazumahl nach Wunsch geglichet. Dann Nicolaus V., nachdem er die Bittschrift Abbtens Wilhelm, vnd forderist die Kayserliche Intercession ersehen, hat er nit ermanglet, sogleich all dasjenige, was der Kayser vnd Abbt Wilhelm gewünschen, zu consentieren, vnd mit einer neuen Bulla die Bullas Bonifacii IX. mit denen auserlesnisten Clausulen zu confirmieren, also, daß dazumahl die sache für vnser Closter im besten stand zu sein scheinete.

Dessen Allen aber vnangesehen, hat man sich ex parte Freysing nit vil anrichten lassen: sondern, nach Ableiben Joannis Greiff ward die Pfarr Kumbstorff gleich einem andern dieses Zunamens (an etiam Sanguinis?) nemlich Matthiae Greiff gegeben: welcher aber nit nur allein vnseren Herrn Abbt Wilhelm, sondern auch bald hernach Casparum Sindlhauser, einen Priester (so sich ebenfahls vmb solche Pfarr häfftig bewerben) wider sich hatte. Dahero die sache gar bald widerumb ad Curiam Romanam sub Pio II. et Paulo II. Pontificibus devolviert worden: vnd hat Abbt Wilhelm für seinen Procuratorem in dicta Curia Romana bestellet Theodoricum Cluckrad: das Hochstüfft Freysing aber Bertoldum Cantrifu-

sorem: welche beide gar bald ad Auditorem Sanctissimi, nemlich Bernardum Ronira, citiret worden, bey welchem sie, nach vil vorgegangenen gebrechlichen Umbſichwaiſſen, endtlich erhalten, daß die beiderſeits habendte articuli ad partes nemlich in Bayern heraus, pro examine et danda informatione gegeben, vnd hierzu Herr Abbt von Tegernſee, und Herr Probst von Schefftlarn erſuchen worden. Allwo vor Allem höchlich zu be- dauern iſt, daß ſolthane articuli bey denen actis ganz vnd gar nit mehr vorhanden: welches verurfachet, daß wir nit mehr wiſſen können, in weme doch Status Controversiae hauptſächlich gefaſſet, und was für funda- menta vnd Behuff Freyſing für ſich möge produciert haben. Als ſolche Päpſtliche Commission in Bayern angekhomen, hat Abbt Conrad von Te- gernſee den 16 tag Novembris des 1467. Jahrs angeſezet, auf welchen tag derſelbe hyber vnſers Abbt Wilhelm ybergekhne articlen die vorgeschützte Zeu- gen in ſeiner Tegernſeeiſchen Behauſung zu München abhören wollte, vnd zu ſolchem Ende partem aduersam ad videndum et audiendum recipi et jurare testes autoritate Apostolica citiert.

Was aber bey ſolcher Commission hernach vorbegegungen, kann ich ex actis nit wehl, aber diſes berichten, daß im volgendten 1468. jahr den 23. May in Rom zwar contra dictum Matthiam Greiff, doch nit in fa- vorem monasterii nostri, ſondern nur in favorem cuiusdam tertii, nemlich des obgedachten Caspari Sindlhauser geſprochen worden, aus Br- ſach, weilen Paulus P. P. II. demſelben ſolche Pfarr conferiert hatte: vnd ward obbeſagter Hr. Greiff auch ſo gar in pluribus instantiis ad expen- sas condemnirt, wie in dem weitschichtigen und wegen allzu subtilen Buchſtaben kaum leſlichen Apographo de dicto anno et die usque ad extremam nauscam zu lesen iſt, ohne daß in ſelbigen ganzen Dicentes ein einige meldung von denen Benedictbeuriſchen praetensionen geſchicht: welches wehl zu mercken, abſonderlich weilen die Chronic des P. Antonii Funda ad dictum annum 1468 diſe ſach nit allerdings recht erzellet, also, daß es schier ſcheinet, es habe diſer Chroniſt das von ihme allegierte Documentum nicht gar accurate gelesen: obwohl re ipsa nur gar zu wahr iſt, daß schon damals zu Rom in effectu ipso vnſerer Causae gar nichts favorables geſchehen, indem die vortreffliche Pfarr Kumbſtorff einem tertio adjudiciret werden.

Im ybrigen obwohlen gemeldter Sentenz auf obbeſagte manier ergan- gen, finde ich doch nit, daß derſelbe zu der execution gekhommen, wohl aber bezaigt ſich, das hyber 4 jahr hernach, nemlich anno 1472 den 12. Octobris mehrbeſagter Matthias Greiff als ein Beſitzer der Pfarr Kumb- ſtorff geſtorben, vnd hat auf diſen todtensahl Abbt Wilhelm nit geſaumet, zu Eroberung diſer Pfarr abermahl eines zu wagen: Wie er dann ſogleich ſich zu Herzog Albrecht begeben, ſeine Documenta vorgelegt, vnd die Lanthsfürſtliche Handhabung implorieret: welche ihme ganz vnd gar nit verſagt, ſondern von dem Herzog Er Herr Abbt vnd das ganze Convent noch hyber das erſucht worden, daß man vnſerer ſeiths Stephano Marck-

fart die perpetuam Vicariam zu Königsdorff verleißen möchte: welches dann auch geschæhen.

Nun ist aber zu wissen, daß obgedachter Caspar Sindlhauser seinen adversarium, den auch obgemelten Matthias Greiff yberlebet: vnd nach dessen todt in vim sententiae pro se latae vmb die Pfarz Königsdorff auf ein neues sich annambe. Da gab es schon abermahl eine starke Contradictio ab. Der Herr Sindlhauser laste vnserem Herrn Marckfart durch einen Notarium publicum die Litteras apostolicas executoriales zu kommen, vnd ihme bedeuten, was gestallten er Herr Marckfart nit ein rechtmäßiger, sondern nur intrusus Vicarius zu Königsdorff seye, auch sich allen Censuris et poenis in Literis Pontificiis contentis vnderwürffig machen werde, weßern er nit sogleich von der Pfarz Königsdorff abtzehen wolle. Dahingegen versezte Herr Marckfart, daß, wann Herr Sindlhauser solche kräftige Brieff aus Rom gehabt, hette er solche schon lengsten dem verstorbenen Matthiae Greiff vorlegen, vnd denselben von der gedachten Pfarz abtreiben sollen, so er doch nit gethon habe. Item so habe auch Herr Sindlhauser bey Ihro Gnaden Herrn Abbt Wilhelm vnd dem Closter Benedictpferu von solchen Brieffen niemahls einige Melbung gethon: daß also dise Päpstliche Brieff anderst nit, als für cassiert anzusehen weren. Dahero er auch sogleich nacher Rom appelliert, vnd derentwillen von Sebastiano Weinhart, Notario publico Caesarco, coram testibus, Litteras suae appellationis testes begehret, so er auch erhalten.

In Rom mußte es nun zu einem wahren Ernst kommen, so auch layder geschæhen. Die Causa zwischen Abbt Wilhelm vnd dem Hochstüfft Freysing ware alldorten erslich a Sanctissimo committieret schon obgedachtem Bernardo Ronira, Decretorum Doctori, Abbati Saeculari Ecclesiae S. Felicis Gerundensis, Palatii apostolici causarum Auditori etc., bey welcher instanz dem Abbt Wilhelm das Silentium auferlegt, vnd noch darzu die Condemnatio ad expensas beygefügt worden. Diser appellierte hieryber zum ersten mahl. Werauf Sanctissimus dise Causam committiert Fantino de Valle, J. U. Doctori, Canonico Jadrensi, Capellano suo, et Palatii apostolici Causarum Auditori: vnd hernach in dessen Abwesenheit Joanni de Ceretanis de Interamne, Legum Doctori, Archidiacono Burdegalensi, Capellano suo et Sacri Palatii apostolici Causarum Auditori. Es ward aber auf dise erste appellation anderes nichts resolviert, als zuver: vnd wurde alldorten von nichts, als von dem perpetuo Silentio et Condemnatione ad expensas gesprochen.

Abbt Wilhelm wolte nit acquiescieren, appellierte zum zwayten mahl, allwo die Causa abermahl dem obgedachten Auditori Fantino de Valle (so bey voriger Instanz abwesendt gewesen) a Sanctissimo committiert: von diesem aber all das vrbey gegangne durchgehendts confirmiert worden. Weryber Abbt Wilhelm annoch nit zufriden, jetzt zu der dritten appellation fame: vnd ward dise Controversia entlich Nicolao de Edam, Decretorum Doctori, Praeposito Ecclesiae s. Andreae Coloniensis,

Capellano Pontificio et causarum Auditori ybergeben, welcher aber eben nicht anderes, als seine Herren Collegae sentenziert, also daß endlich Abbt Wilhelm mit mehr appelliert: wohl aber der Freysingische Procurator auf die Literas executoriales et Refusionem expensarum getrungen, welche Literas executoriales er auch anno 1473. 20. Octobris erhalten, in welchen Literis executorialibus die Expensae auf 75 Ducaten, so an Freysing, vnd 4 Ducaten, so pro dictarum Literarum expeditione zu bezahlen waren, moderiert worden. Was aber sonsten für Censurae, excommunicationes vnd execrationes auf den fahl des Ungehorsams yber den Abbt Wilhelm fulminieret worden, kan ich mit wenigen hier nit erzellen, sonder nur dieses melden, daß selbige fulminationes mehr als 2 Bözgen papier einfüllen.

Obwohlen nun von denen Freysingischen articulis in denen actis keine eigentliche meldung zu finden ist: so seindt dieselbige doch ganz vermuthlich in folgenden bestanden:

